„ ſis Pircalabus in defendendis contra Turcarum Tatarorumque irruptiones illis vrbibus fidelem ſe ſervum „ et ſtrenuum pro cruce militem ſe geſſerit, poſtea „ vero, Deo ita permittente, omnia illa loca a Turcis devaſtata occupataque, ipſe vero illorum vi „ coactus fuerit, patrias ſuas poſſeſſiones, quas Avi „ Proavique ipſius praeſtitis fideliter ſervitiis a beatae „ memoriae antecesſoribus noſtris dono obtinuerant, „ deſerere: Nos Chriſtiana pietate et clementia moti, praefatum Theodorum Cantemirium tribus in „ agro Falcziorum pagis, cunctisque adiacentibus ſylvis, campis, fluviis et piſcinis donamus, et eum „ totius Codri Kigiecz praepoſitum, et equitum Kigieczenſium ſupremum Capitaneum conſtituimus. „ Erant tum equitum Kiegieczenſium ad octo millia.

(*) Natus videtur A. C. 1627.

три помѣстья въ *Фалчинскомъ* уѣздѣ, и правленіе надъ всею *Кодрянскою* областью (провинціею лѣсистою, съ *Буджацкими* Татарами смѣжною), но и начальникомъ надъ осмью тысячами войска поставленъ былъ.

ГРИГОРІЙ ѲЕОДОРОВЪ, и ИВАНЪ ГРИГОРЬЕВЪ сынъ имѣли ли какое въ *Молдавіи* достоинство, о томъ мнѣ не извѣстно. Что же касается до ВАСИЛІЯ ИВАНОВА сына, то онъ тоже *Кодрянскою* управлялъ областью. Сей ВАСИЛІЙ имѣлъ у себя сына НЕСТОРА, а внука ѲЕОДОРА, наслѣдниковъ дѣдовскаго имѣнія *Кодрянской* области. У ѲЕОДОРА были два сына: КОНСТАНТИНЪ (*) отъ первой жены, которая послѣ родовъ въ шестый мѣ-

темиръ Килійскій и Измаилскій Пиркалабъ (правитель) защищая отъ набѣговъ Турецкихъ и ,, Татарскихъ, принадлежащіе онымъ владѣніямъ ,, города, оказалъ себя вѣрнымъ рабомъ и не ,, устрашимымъ за вѣру Христову воиномъ; а ,, потомъ Богу тако попущающу, всѣ оныя мѣ- ,, ста Турками разорены и покорены, а самъ онъ ,, по насилію ихъ принужденъ былъ оставить ,, отцовскія владѣнія, дѣдамъ еще его и прадѣ- ,, дамъ, за вѣрную ихъ службу, отъ нашихъ ,, блаженныя памяти предмѣстниковъ пожалованныя. Того ради мы, любовію Христіанскою и ,, милосердіемъ бывъ подвигнуты, жалуемъ ему ,, помянутому *Ѳеодору Кантемиру* въ области ,, *Фалчинской* три села, со всѣми къ онымъ принадлежащими лѣсами, полями, рѣками, и рыбными ловлями, опредѣляя его Кегичемъ (на- ,, чальникомъ) всея *Кодрянскія* области, и верховнымъ надъ *Кегическою* конницею Капитаномъ. (Кегическая конница состояла въ то время почти изъ осьми тысячь человѣкъ).

(*) *Константинъ* родился около 1627 года.

monio NESTORIVM: filiam vnam *Constantino* maiorem, quae Deo virginitate devota, MACRINAE nomen accepit. Ita aucta sobole domus, contra *Crimenses* provinciam defendens, in acie vulneratus, haud ita multo post eo ex vulnere diem obiit supremum.

CAPVT II.

Theodoro Cantemiro eum in modum caeso, CONSTANTINVS filius possessiones avitas ferri agique videns, annum natus septimum ad *Vladislaum* Poloniae regem se recepit. Hic ille primum in turba equitum *Moldavorum* vexillum tulit: postea bello Svedico, quod *Ioanne Casimiro* Rege consecutum est, belloque Cosacico multa praeclare gessit, tum in acie, tum solus manu sua. Cum Svedi *Thorunium* occupassent, Poloni autem adversus eos ducerent, neque adhuc de conditione hostilis praesidii quidquam esset exploratum, lecti e *Moldavis* sexaginta promptissimus quisque, qui Duce *Constantino* experirentur, si quem e Svedis possent intercipere. Ubi Moldavi vrbem citatis equis petere sunt visi, duae alae equitum in eos ex adverso invehuntur. Moldavi simulata fuga hostem eludunt. *Constantinus* Svedos ferociter sequi, duos autem tribunos equorum perni-

citate

сяцѣ умерла, и НЕСТОРІЙ отъ втораго брака; третья же дочь, по имени МАКРИНА, лѣтами *Константина* старшая, посвятившая дѣвство свое на службу Божію. Такимъ образомъ ѲЕОДОРЪ размноживъ родъ свой, и защищая провинцію противу *Крымскихъ* Татаръ отъ полученной на сраженіи раны въ скоромъ почти времени скончался.

ГЛАВА II.

По убіеніи такимъ образомъ *Ѳеодора Кантемира*, оставшійся сынъ его КОНСТАНТИНЪ, видя, что дѣдовское помѣстье приходитъ въ упадокъ и раззореніе, на седьмомъ году возраста своего отправился къ *Владиславу* IV. Польскому Королю. Тамъ ему съ начала ввѣрена была рота Молдавской конницы, съ коею онъ на войнѣ не токмо противу Шведовъ, (что происходило въ царствованіе *Яна Казиміра*) но и противу Казаковъ довольно отличилъ себя какъ при войскѣ, такъ и особо самъ собою. По занятіи Шведами *Торуня*, Поляки поспѣшая противу ихъ съ войсками, и не имѣя ни какого свѣдѣнія о состояніи непріятельской силы, выбрали изъ Молдавцовъ шестьдесятъ проворнѣйшихъ воиновъ въ намѣреніи испытать, не могутъ ли они подъ предводительствомъ *Константина* захватить кого нибудь изъ Шведовъ. Въ самое то время, когда Молдавцы поспѣшали во весь опоръ къ городу, два эскадрона непріятельской конницы встрѣ-

citate effuſe evectos excludi poſſe cernens, vnus contra duos verſus, excepto vtriusque impetu iactum globorum evadit, ſtrictoque ferro rem gerens alterius cervicem praecidit, alterum deiectum equo ad ſuos ducit captivum. *Georgius Lubomirskius* dux copiarum Polonicarum laetus fortitudine viri, *Conſtantinum* Chiliaricham Moldavorum eſſe iuſſit. Haud ita multo poſt, a Centurione e *Piperorum* nobili domo provocatus, extra ordinem pugnavit: hunc quoque praecipitem equo vivum in poteſtatem redegit, nihil ita ſibi exprobrantem, quam quod haud dignum ſuis virtutibus eſſet, cum ſe a Tataro, viliſſimo mancipio ſuperatum recordaretur. Svedi enim ignorabant, *Moldavos* in exercitu Polonico militare, *Lipianienſes* Tataros eſſe rati. At Dux Polonus, qui eum, fide in aequas conditiones data, ad ſuos remiſſurus erat, *Conſtantino* accerſito, a quo et quam nobili fortique viro captus fuerit, oſtendit.

Conſtantinus totos ſeptendecim annos in Polonia egit, donec *Olivenſi* (*) pace compoſita, ne virtus ſua otio marceſceret, redeundi poteſtatem petiit, impetravitque cum inſigni fortitudinis fideique teſtimonio. In *Moldavia* vidit a

(*) Anno Chr. 1660.

встрѣчу на нихъ нападаютъ. Молдавцы притворясь бѣгущими обманываютъ непріятеля. *Константинъ* будучи сильно преслѣдуемъ Шведами, и надѣясь двухъ изъ ихъ войска чиновныхъ впередъ скачущихъ перехватить, одинъ устремляется на двухъ; выдерживая же отъ обоихъ нападеніе, укрываясь отъ оружейныхъ выстрѣловъ, и ополчась однимъ токмо въ рукахъ обнаженнымъ мечемъ отсѣкаетъ одному голову, а другаго свергнувъ съ коня ведетъ за собою въ плѣнъ. *Юрій Любомирскій* Гетманъ Польской арміи похваливъ храбрость *Константина*, поставляетъ его полковникомъ Молдавскаго корпуса. Не много спустя времени *Константинъ* вызванъ будучи однимъ Капитаномъ изъ знатной Шведской фамиліи *Питеропъ* на поединокъ, и сего также свергнувъ съ коня, живаго взялъ въ плѣнъ. Сей Капитанъ ничемъ болѣе себя не упрекалъ, какъ произведеніемъ недостойнаго своей храбрости дѣйствія, видя себя, какъ онъ думалъ, побѣжденнымъ отъ Татарина, подлаго невольника. Ибо Шведы не знавъ, что Молдавцы въ Польской арміи сражаются, почитали ихъ *Липскими* Татарами. Но Польской Гетманъ отпуская плѣннаго онаго Капитана на нѣкоторыхъ условіяхъ въ домъ свой, далъ ему знать, въ присутствіи *Константина*, кто, и коль знаменитый и храбрый мужъ учинилъ его военноплѣннымъ.

Константинъ препроводивъ цѣлые семнатцать лѣтъ въ Польшѣ до самаго заключенія *Оливскаго* мира, и опасаясь дабы отъ праздности храбрость его не ослабѣла, просилъ дозволенія о возвращеніи въ свое отечество,

a *Turcis Tatarisque* teneri omnia, ergo ad *Gregorium Gicam* (*) paulo ante *Moldaviae*, nunc *Valachiae* Principem ſeſe contulit. *Bucureſtum* venit, cum forte Princeps venatum exiiſſet. Eodem *Conſtantinus* advolat, nec notus adhuc cuiquam leporem ex fuga ſpectante Principe petit. *Gregorius* ſpectaculo delectatus, ad ſe vocatum, qui eſſet, percunctatur. Ille genus, res geſtas, conſilium ſub *Valachicis* ſignis militandi exponit, fortunam ſuam Principi commendat. Princeps, qui tum maxime copias conſcribebat, laetus ea re, *Spatharium* (magnus is dux militum in *Valachia* eſt), hoſpitium et neceſſaria *Cantemiro* praebere iubet. Tertio die ad ſe accitum dignitate *Czauſz Spataroſk* ornat, qui a *Spatario* ſecundus locus eſt.

Annos natus duodequadraginta vxorem duxit *Gregorii* Principis ex patruele neceſſariam ANASTASIAM, propemodum invitus: illa vero

(*) De hoc Gregorio *Antonius Maria del Chiaro* Florentinus in hiſtoria Valachiae pag. 123. *Gregorio Voievoda di origine Greca, Nazione ſempre fatale alla Valachia.* Ad marginem exemplaris ſui *Demetrius* Princeps adſcripſit: *fallitur, erat enim gente Albanus, natione Moldavus.*

ство, что и получилъ съ засвидѣтельствованіемъ о знаменитой его храбрости и вѣрности. Въ *Молдавіи* увидя, что все занято Турками и Татарами, немедленно къ *Григорію Гикѣ* (*) бывшему прежде Молдавскому, а послѣ Волошскому Господарю отправился. Въ *Бухорештъ* прибылъ онъ въ то самое время, когда Князь находился на охотѣ. Тудаже поспѣшаетъ и *Константинъ*, гдѣ будучи еще ни кѣмъ не знаемъ, въ виду самаго Князя уловляетъ на бѣгу зайца. Веселящійся симъ зрѣлищемъ *Гика*, призвавъ его къ себѣ, вопрошаетъ о его имени. *Константинъ* о родѣ, о дѣлахъ и о намѣреніи своемъ служить подъ знаменами Волошскими расказывая, споспѣшествующее себѣ счастіе Князю выхваляетъ. Князь, занимавшійся тогда наборомъ войскъ, весьма сему случаю обрадовался, и для того своему *Спатарію* (чинъ въ Валахіи главнаго полководца) приказываетъ *Кантемира* не токмо угостить, но и всѣми къ содержанію его потребными снабдѣть вещами. На третій день призвавъ его къ себѣ, даетъ ему чинъ *Чауша Спатарія*, мѣсто по *Спатаріи* второе.

Будучи тритцати девяти лѣтъ *Константинъ* женился почти по неволѣ на племянницѣ Князя *Григорія* именемъ АНАСТАСІИ, кото-

(*) *Антоній Марія делъ Кіяро* Флорентинецъ въ Волоской Исторіи на стр. 125. слѣдующее о семъ Григоріи говоритъ: *Григорій Воевода родомъ изъ Греціи, происхожденіи всегда ненавистного для Волоховъ.* Но Князь Димитрій Кантемиръ въ своемъ экземплярѣ на сторонѣ противу сихъ словъ приписалъ: *лжетъ, ибо былъ онъ породою Албанецъ, родившійся въ Молдавіи.*

vero quadraginta post diebus pestilenti morbo extincta est. Multa in hoc munere praeclara perpetravit, vnum vero audaciae inusitatae exemplum edidit. Nam cum *Gregorium* Principem, qui defectionem ad *Caesareanos* parabat, nulla cura magis teneret; quam quantis cum copiis *Tatari* proxima expeditione castra Turcarum secuturi essent: *Constantinus* in consilio adhibitus totum explorandae rei negotium in se recepit, diu ob praesentissimum discrimen repugnante Principe. Duobus cum servis nemine conscio quam Principe, Moldaviae fines petit. Hic servis quintum in diem expectare iussis, *Siretum* fluvium noctu traiicit, et sub exortum solem *Silestenium* pagum ingressus, fratrem sororemque convenit, vix notus suis a tanto intervallo, monet oratque, ne intempestivo pietatis officio adventum suum patefaciant. Sub occasum solis equo conscenso *Poratam* (*) fluvium transnatat, citatoque cursu delatus in *Budesacensem* (**) agrum, ante mediam noctem, proximo in pago Mirsam adit, ostenditque (erat enim Tataricae linguae inprimis peritus) habere se ad eum mandata a Chano Crimensi, ergo accingeret ocyus gladium, equumque solus conscenderet ad pagum *Begi Mirsae* (is, vt supra

(*) *Plut.* Herodoto *Porata.*

(**) Budczak.

торая спустя сорокъ дней, отъ заразительной скончалась болѣзни. Прохода возложенную на него должность, многіе оказалъ онъ знаменитыхъ дѣлъ опыты, однажды же явилъ примѣръ необычайной отважности. Ибо, когда *Князь Гика*, принявшій намѣреніе предаться къ Цесарцамъ, наибольше безпокоился узнать, въ количествѣ Татарскія войска въ назначенной уже походъ намѣрены прибыть къ Турецкому лагеру? *Константинъ* будучи въ совѣтъ призванъ, всю сію о развѣданіи снялъ на себя тягость, хотя Князь усматривая очевидную опасность долго на таковое не соглашался предпріятіе. И такъ не сказавшись никому кромѣ Князя, съ двумя только служителями отправляется къ границамъ Молдавскимъ. Здѣсь приказавъ служителямъ ожидать себя въ пятый день, ночью переправляется чрезъ рѣку *Сиретъ*, а при восхожденіи солнца въѣзжаетъ уже въ село *Силестени*, гдѣ нашедъ брата и сестру свою, (отъ коихъ въ разсужденіи долговременной отлучки едва былъ признанъ) прилѣжнѣйше умоляетъ ихъ, дабы они по любви своей, преждевременно о его приходѣ ни кому не открывали. При захожденіи же солнца сѣвъ на лошадь переѣзжаетъ въ плавъ рѣку *Прутъ*, и поспѣшая *Буджацкою* степью, еще до полуночи пріѣзжаетъ къ находившемуся въ ближайшемъ селеніи Мурзѣ, объявляя ему, (ибо зналъ совершенно Татарской языкъ), что какъ онъ привезъ къ нему приказаніе отъ Крымскаго Хана, то немедленно бы онъ опоясавшись саблею и сѣвъ на лошадь слѣдовалъ одинъ за нимъ къ деревнѣ *Бегъ-Мурзы* (которой, какъ выше сказано, былъ

supra diximus, e *Cantemirio* genere erat) cognitorum quid facto opus sit, Veniunt ad pagum, inde iusso impigre sequi *Myrsa*, mille admodum passus vltra evectus, incautum clava ferit, praecipitemque ab equo vincit, et *Silistenium* ducit. Quo cum ante lucem venit, fratrem sororemque nova re consternatos hortatur, ne cui se prodant, totum diem se domi tenet, sub noctem cum Myrsa ad *Siretum* citato equo devectus servis captivum tradit, et ad Principem incolumis redit.

In praelio ad Fanum *S. Gothardi* (*) *Valachi* meditatam a multo tempore transitionem ad *Caesareanos* faciunt. Versis in *Turcas* armis *Constantinus* prima in acie dimicans sagitta ictus in dextera regione lateris versus vmbilicum, fracta in corpore hasta, totas tamen tres hor.* locum tenuit. Tandem viribus deficientibus in castra delatus, magno cum vitae discrimine ferro extracto, ad se rediit.

Post praelium *Gregorius* Princeps collectis omnibus opibus, quas possidebat maximas, fugam in *Germaniam* suscipiebat. Octo equos auro onustos Centurioni notae antea fidei cum quindecim praesidio equitum ducendos tradit. Vbi

(*) 1. Aug. 1664. anno.

роду *Кантемирова*), гдѣ имѣетъ онъ узнать, что ему надлежитъ дѣлать: Пріѣзжаютъ оба въ означенное селеніе, оттуда приказывая *Мурзѣ* за собою поспѣшать, и отъѣхавъ не болѣе тысячу шаговъ, нечаянно поражаетъ его кистенемъ, и опрокинувъ съ лошади, связаннаго привозитъ въ реченное село *Силестени*. Сюда пріѣхавъ до свѣту, брата и сестру новымъ семъ произшествіемъ пораженныхъ увѣщеваетъ, дабы отнюдь никому объ немъ не сказывали. Весь тотъ день пробывъ у своихъ родственниковъ, подъ вечеръ съ Мурзою скоропостижно отправляется къ *Сирету*, и вручивъ служителямъ плѣнника, на конецъ благополучно въ Князю возвращается.

Волохи съ давняго времени предпріявъ къ *Цесарцамъ* предаться, на сраженіи у монастыря *С. Готгарда* (*) сіе самимъ дѣломъ исполняютъ. При обращеніи оружія на *Турковъ*, *Константинъ* сражаясь въ передовомъ войскѣ раненъ былъ стрѣлою въ правой бокъ, и хотя остріе желѣза переломилось въ его тѣлѣ: однакожъ онъ цѣлые три часа на своемъ пробылъ мѣстѣ. Напослѣдокъ изнемогши силами, отнесенъ былъ въ станъ, гдѣ, по вынятіи желѣза съ великою для его жизни опасностію, едва очувствовался.

По окончаніи сраженія, *Князь Гика* собравъ все свое, коего онъ довольно имѣлъ, богатство, устремился бѣжать въ *Германію*. Навьюченныхъ золотомъ восемъ лошадей отправилъ онъ въ передъ съ извѣданнымъ прежде въ

 вѣр-

(*) Славное сіе сраженіе между Турками и Цесарцами происходило въ нижней Венгріи при рѣкѣ *Рабѣ* подъ командою фелдмаршала графа *Монтекукули* 1. авг. 1664 года.

Vbi ad *Sozaviam* vrbem ventum eſt, Centurio ſub occaſionem matutinae nebulae, tanquam per errorem cum ſuis deflectit a via, mox aperto conſilio ad avertendam praedam in ſylvas ſecedit. Sub meridiem Princeps, vt deſiderari illam manum accepit, per nebulam ratus a via aberraſſe (nihil enim de perfidia ſuſpicabatur) *Cantemirum* ſolum mittit, qui reduceret. Is incerta ſequitur veſtigia, donec ad *Sozaviam* in nemore praedones deprehendit. Nihil ſiniſtri tamen metuens, vt inter notos ab equo deſcendit, morae cauſam ſciſcitatur. Centurio primum ſocietatem ſceleris offert, mox vbi *Cantemiri* animum abhorrere ſentit, ſuis mandata dat, vt pene inermem vinciant. Hic vero *Cantemirus* periculo cautior, conditionem ſe accipere praedicat, fortunam ſequi. Miſcentur manus, et iusiurandum intercedit. Tantummodo tenuit, vt pecunia non divideretur, haud longe abeſſe Principem cauſans, qui eo in loco morantes vi retrahere poſſit. Intelligebat diem extractum eſſe, neque conſequi ſe Principem poſſe, *Valachos* autem alterius factionis arma pro *Turcis* cepiſſe, ea cauſa vltro hortatur praedones, vt in *Moldaviam* concederent. Ad *Sozaviam* vrbem a via deflectere

in-

вѣрности однимъ Капитаномъ подъ охраненіемъ пятнадцати вооруженныхъ воиновъ. Капитанъ подъѣхавъ къ городу Сочапѣ, и пользуясь случившимся на зорѣ туманомъ, будто бы ненарочно совращается съ пути со всѣми подчиненными, коимъ немедленно открывъ свое намѣреніе о раздѣлѣ добычи, въ лѣсъ удаляется. Князь свѣдавъ въ полдни, что они въ Сочапу не бывали, и положивъ, что по причинѣ бывшаго тумана совратились съ пути, (ибо онъ нимало не подозрѣвалъ посланнаго въ измѣнѣ) отправляетъ одного Кантемира для приведенія ихъ къ себѣ. Сей бѣгая по неизвѣстнымъ слѣдамъ, наконецъ близъ самой Сочапы въ рощѣ находитъ грабителей, и не опасаясь отъ сихъ знакомцевъ ничего противнаго, сходитъ съ лошади, и спрашиваетъ о причинѣ ихъ медленности. Капитанъ во первыхъ предлагаетъ Кантемиру, дабы и онъ участвовалъ въ его злодѣйствѣ, потомъ примѣтивъ отвращеніе его, приказываетъ своимъ сообщникамъ, обезоруживъ связать его. Кантемиръ избѣгая гибели, притворно обѣщаетъ Капитану какъ предложенію такъ и щастію ихъ слѣдовать. Даютъ другъ другу руки, и взаимно оба клянутся. Однако удерживаетъ Кантемиръ не дѣлить денегъ, въ чаяніи что какъ Князь Гика не въ дальнемъ отъ нихъ разстояніи, то на томъ самомъ мѣстѣ медлящихъ ихъ настичь, и похищенное возвратить можетъ. Но видя, что уже день склоняется къ вечеру, и Князь ихъ сыскать не можетъ, а Волохи противной партіи спѣшатъ помогать Турхамъ, усильнѣйше предлагаетъ хищникамъ поворотить въ Молдавію. Какъ только въ виду города Сочапы

instituunt, *Cantemirus* fiducia virium et propinquae vrbis Centurionem stricto gladio atque atrocissimis minis adortus recta via vrbem petere cogit. A porta vrbis *Pircalabum* adit, (sic *Moldavi* praefectum vocant) rem omnem exponit, praedones avrumque tradit in custodiam. Inde *Iassios* dimittitur.

Eustrathius Dabiza Moldaviae Princeps aurum in fidem accipit, praedones ad metalla damnat, *Cantemirum* muneribus ornatum secum esse iubet. Manet ille, hoc vnicum precatus, cum constiterit vbi locorum *Valachiae* Princeps agat, ad eum sibi vt liceret proficisci. Paucis diebus post nunciatum est, *Gregorium* Principem in *Poloniam* evasisse, et *Leopoli* sex diebus quieti datis petiisse *Varsaviam*, inde *Vindobonam* petiturum. Eo cum sequi per tanta discrimina et obsessas iam vias non posset, *Codri* praefecturam oblatam sibi adiit. Post, vbi *Gregorius* duos annos in exilio exegit, *Panagiota*, maximae in aula *Turcica* auctoritatis interpres pro eo Sultanum deprecatus, vt in principatum rediret, impetravit. Tum ille forte Centurionem, quem *Cantacuzeni*, *Gregorii* Principis infensissimi hostes, e metallis liberaverant, offendit. Qua re cognita, *Cantemirus* ab *Eustrathio* Principe

petit

приняли грабители намѣреніе поворотить отъ большой дороги, что Кантемиръ, полагаясь на свою храбрость, и на близкое отъ города разстояніе нападаетъ съ обнаженнымъ мечемъ на Капитана, и жестокими угрозами принуждаетъ его прямо слѣдовать въ городъ. Въѣхавъ въ городскія вороты, поспѣшаетъ къ *Пиркалабу* (такъ называется въ Молдавіи Градоначальникъ), объясняетъ ему свое дѣло, грабителей и имѣніе отдаетъ подъ стражу, а самъ отправляется въ *Ясы*.

Евстратій Дабиза Молдавскій Господарь, принявъ золото подъ сохраненіе, отсылаетъ грабителей на рудокопные заводы, а *Кантемира* одаривъ, при себѣ удерживаетъ. Оставшись въ *Ясахъ Кантемиръ*, и прилѣжнѣйше просилъ, дабы ему, гдѣ онъ ни услышитъ о пребываніи Волоскаго Господаря *Гики*, дозволено было туда ѣхать. Спустя нѣсколько дней провѣдалъ онъ, что *Князь Гика* отъѣхалъ въ *Польшу*, и отдохнувши во *Львовѣ* шесть дней, отправился въ *Варшаву*, имѣя намѣреніе оттуда слѣдовать въ *Вѣну*. Не имѣя же способу туда проѣхать по причинѣ умножившихся опасностей, и вездѣ уже захваченныхъ непріятелями дорогъ, порученную ему *Кодрянскую* область принялъ въ управленіе. *Князь Гика* пробывъ въ изгнаніи два года, наконецъ ходатайствомъ находившагося при Султанѣ въ отличномъ уваженіи переводчика *Панагіоты* получилъ дозволеніе возвратиться въ свое Княжество. Тѣмъ временемъ не примиримые *Князя Гики* враги *Кантакузины* освободили изъ рудокопныхъ заводовъ Капитана, съ коимъ по случаю увидѣвшись *Кантемиръ*, и

petit, vt adire ſibi liceat *Valachiam*. Eo cum venit, litteras a Principe *Moldaviae* de toto negotio tradit, iudicium poſcit. Accuſante *Cantemiro*, Centurio perfidiae conuictus in carcere moritur, de cadavere ſupplicium ſumptum. *Cantemirus* autem a *Gregorio* Principe collaudatus, cum honorificentiſſimis litteris dimittitur.

Vt in *Moldaviam* rediit, non modo *Codri* praefectura ei confirmata fuit, ſed etiam adiecta *Barladi Vornicia*, quae inferioris *Moldaviae* praefectura eſt (*). Ea in dignitate apud Principem et Barones cum primis gratioſus fuit, publice privatimque ſingulari prudentiae laude. In Comitiis *Tataricis* (**) tota reipublicae negotiorumque moles illius in ceruicibus plerumque recumbere eſt viſa. Nam et *Moldavi* et *Tatari* ſpectata viri virtute et aequitate nitebantur. Hoc tempore ROXANEM virginem duxit, quae cum ſola e nobiliſſima *Gereſtiorum* gente ſuperceſſet, omnes eius domus opes ad *Cantemirium* transtulit. Vixit in matrimonio annos tres: filiam vnam reliquit ROXANEM.

CA-

(*) *Barladum* eſt civitas ad fluvium eodem nomine, ſedes Vornicȥi *de Tzara de Dzios* h. e. procuratoris inferioris Moldaviae.

(**) *Ilim* vocant.

и узнавъ отъ *Князя Евстратія* о обстоятельствахъ сего дѣла, проситъ дозволить ему возвратиться въ *Валахію*. Куда пріѣхавъ, вручаетъ данныя отъ Князя Молдавскаго о всемъ ономъ произшествіи письма, и требуетъ притомъ суда и удовольствія. Приличившійся по доносу *Кантемира* въ измѣнѣ Капитанъ въ тюрмѣ умираетъ, и мертвое его тѣло предается казни. *Кантемиръ* же получивъ отъ *Князя Гики* похвалу, съ наполненными благодарности письмами обратно отпускается.

По прибытіи *Кантемира* въ *Молдавію*, не токмо утверждена была за нимъ *Кодрянская* область, но и *Барладское* (*) *Ворничество*, нижней Молдавіи присудное, отдано емужъ въ правленіе. Проходя таковое достоинство любимъ онъ былъ и Княземъ и Боярами, а наипаче въ публичныхъ и приватныхъ мѣстахъ за благоразуміе довольно похваляемъ. На съѣздахъ *Татарскихъ* (**) вся тягость общественныхъ дѣлъ по большей части на немъ лежала. Ибо не токмо *Молдавцы* но и *Татары* на знаменитую храбрость и справедливость сего мужа вовсемъ полагались. Между тѣмъ онъ женился на дѣвицѣ РОКСАНѢ, которая оставшись отъ знатнѣйшей *Гарессіевой* фамиліи последняя въ родѣ, все свое имѣніе къ *Кантемирову* присовокупила дому. Но не больше какъ три года поживъ въ супружествѣ, оставила послѣ себя единую дочь РОКСАНУ.

(*) *Барладъ*, или на картѣ Молдавской, составленной Г. Шмидомъ *Бырлатъ*, есть въ Молдавіи городъ при рѣкѣ тогожъ имени. Тутъ живетъ Ворникъ *де Чара де Діосъ*, то есть Прокураторъ нижней Молдавіи.

(**) *Илимъ* называемыхъ.

CAPVT III.

Post *Eustrathii* Principis mortem magnae rerum conversiones evenerunt. Nam cum inde a *Dragossa* Moldavae reipublicae principatus ad nepotes haereditate esset traditus, vbi post *Stephani M.* mortem *Bogdanus*, vt pater moriens, futurique providus praeceperat, se suaque aequis conditionibus in *Turcarum* fidem dedidit, domus *Dragossianae* nobilitas barbaros absterruit, ne quid innovarent, exstincta deinde *Dragossae* stirpe, Baronum in legendo Principe potestas mansit, non tamen diuturna fuit. Nam cum *Ioannes Armenus* (*) ad defectionem spectare videretur, captus et a camelis in partes discerptus est. Ex eo tempore *Turcae* ius tertio quovis anno confirmandi Principis statuerunt. Unum adflictae libertatis solatium erat, quod *Moldavi* e corpore suo Principes acciperent. At vbi *Myron Barnovius* (**) ad *Polonos* transfugit; eaque causa *Moldavi* gravem *Tatarorum* incursionem essent perpessi, proceribus omne ius legendi Principis in *Turcas* vltro conferentibus, saepe peregrinis, non nunquam indignissimis tantus honos tributus est. *Eustrathio* a Sultano successor datus est *Elias*, *Alexandri Lapusneni*

quon-

(*) Homo graeca doctrina eruditissimus, *Ioannis Lascaris*, de quo *Crusii* Turco - Graeciam vide, e condiscipulatu familiaris.

(**) *Barnovski*.

ГЛАВА III.

По смерти *Князя Еистратія* великая произошла въ дѣлахъ перемѣна. Ибо, какъ послѣ *Драгоссы* правленіе *Молдаиского* Княжества досталось по наслѣдству внукамъ его, и *Богданъ* исполняя приказаніе умершаго и обудущемъ предвидѣвшаго родителя своего *Стефана великаго*, какъ себя такъ и все свое имѣніе на выгодныхъ условіяхъ ввѣрилъ *Туркамъ*: то знатность фамиліи *Драгоссопой* удерживала сей грубой народъ вводить какія либо новости. По пресѣченіи же поколѣнія *Драгоссопа*, хотя властію въ избраніи Господаря и пользовались Бояре, но не надолгое время. Ибо какъ въ *Ипанѣ Арменинѣ* (*) усмотрѣна преклонность къ измѣнѣ, то пойманъ и верблюдами на части урастерзанъ былъ. Съ того времени *Турки* уставили право чрезъ три года избирать новаго Господаря. Одно только угнѣтенной *Молдаицепъ* вольности предоставлено утѣшеніе то, что они изъ своихъ сограждан Князей себѣ избирали. Но какъ *Миронъ Бирноискій* предался къ *Полякамъ*, то по сей причинѣ *Молдаицы* претерпѣвая отъ *Татаръ* жестокое нападеніе, все право въ избраніи Господаря добровольно уступили *Туркамъ*, кои часто иностранныхъ, не рѣдко же и совсѣмъ недостойныхъ на сію честь степень возводили. На мѣсто умершаго *Еистратія* Султанъ опредѣлилъ *Илію*, сына бывшаго прежде Молдавскимъ Княземъ *Александра Лапуснена*, которой по при-

(*) Сей былъ въ Греческихъ наукахъ искуснѣйшій, *Ипана Ласкара* (окоемъ смотри въ Турко-Греціи Крузія) соученикъ и другъ.

quondam *Moldaviae* Principis filius, qui diuturno tempore *Constantinopoli* cum tota domo egerat, vt vix aliquem *Moldavici* sermonis vsum haberet. Mox loco motus *Elias*, principatu in *Ducam Rumeliensem* translato, virum obscuro genere, virtute autem et prudentia insigni; ob quam causam *Eustrathius* ei filiam in matrimonium collocaverat. Eo etiam sextum post mensem deiecto, *Elias* iterum, et duodecim menses post iterum *Ducas* rerum potiuntur.

Ducas Cantemirum non modo in dignitate confirmavit, sed etiam *Tataris Nogaiensibus* bellum minantibus ducem ab ea parte opposuit. Illo tempore tertiam coniugem *Cantemirus* duxit ANNAM e veteri *Bantassiorum* domo, proxima cognatione devinctam *Anastasiae* Principi, *Ducae* coniugi (*), quae eum, anno post ANTIOCHVM enixa, parentem fecit (**).

Interim *Moldavi Transporatani* ad octo millia armis captis *Iassios* ex improviso adorti, vrbem capiunt, arcem obsidione vrgent; *Cantemirus*, qui ad famam tumultus advolaverat, arcem defendit. *Ducas* ab omnibus deseri se sentiens per *Cantemirum* hostes tentat, quibus conditionibus pacem darent: *nullis aliis impetrari potuit, quam exilio Ducae.* Ergo ille in spe-

(*) Demetrius Princeps in Schedis suis scripsit: *neptem e matre Anastasiae.*

(**) Annum non invenio, at diem natalem 4. Decembris.

причинѣ долговременного со всею своею Фамиліею въ *Константинополѣ* пребыванія едва могъ разумѣть *Молдайской* языкъ. Вскорѣ потомъ свержень былъ *Иліа*, и Господарство поручено *Дукѣ Румелійскому*, мужу не благородному, но добродѣтелію и разумомъ знаменитому; почему *Евстратій* и дочь свою за него выдалъ. Сего чрезъ шесть мѣсяцей смѣнилъ паки *Иліа*, а по прошествіи года тотъ же *Дука* вторично возведенъ былъ на Княжество.

Дука не токмо утвердилъ въ достоинствѣ *Кантемира*, но и противу грозившихъ тогда войною *Нагайскихъ Татаръ*, назначилъ въ той сторонѣ Полководцемъ. Въ сіе время *Кантемиръ* женился на третей супругѣ АННѢ, происходившей отъ древней фамиліи *Бантышевъ*, близкой свойственницѣ Княгини *Анастасіи Дуковой* супруги (*), которая по прошествіи года родила ему сына АНТІОХА (**).

Между тѣмъ находящіеся по ту сторону рѣки *Прута Молдавцы* совокупясь до осьми тысячь человѣкъ, нечаянно нападаютъ на *Ясы*, входятъ въ городъ и жителей замка принуждаютъ къ здачѣ. *Кантемиръ* извѣстясь о таковомъ бунтѣ, прибѣгаетъ къ защищенію замка. *Дука* видя оставленна себя отъ всѣхъ, испытуетъ чрезъ *Кантемира* бунтовщиковъ, на какомъ бы они условіи миръ съ нимъ заключили? *ни на какомъ другомъ* отвѣтствовано, *какъ изгнану быть Дукѣ*. Въ слѣдствіе сего

Дука

(*) Князь *Димитрій* въ запискахъ своихъ называетъ ее внукою Анастасінной матери.

(**) Годъ рожденія неизвѣстенъ, а извѣстно то, что родился 4 Декабря.

ſpeciem ſeſe abdicat principatu et *Conſtantinopolin* dimittitur. Vbi *Galatium* venit, Sultanum certiorem facit, quo in loco ac ſtatu res eſſent. Sultanus eum de via reverti iubet, et *Tatarorum* auxilio ſeditioſos cives in ordinem redigere. Hic *Ducas*, qui *Cantemiri* conſiliis obſecutus fuerat, etiam opem eius manumque popoſcit. Mittitur cum *Tatarorum* cohortibus adverſum rebelles, mori potius quam arma ponere paratos. Illum globum tamen in campo *Orheienſi* fudit fugavitque et totam provinciam pacavit. Ea cauſa CLVZERII MAGNI dignitate auctus eſt, hoc eſt ſummi annonae praefecti munus, in ſecundo Baronum ordine quartum.

Anno poſt *Mahometes Ibraimi* filius contra *Polonos* maximis cum copiis profectus, *Iſtro* traiecto per *Moldaviam Chocimum* petiit. Ea in expeditione *Ducas* Princeps *Cantemirum* ductorem exercitus *Turcici* (*) conſtituit, vt viarum omnium et rerum Polonicarum Turcicaeque linguae ſcientiſſimum et cognitae prudentiae virum. Ad *Chocimum* (**) *Selimus Gieraius* cum exercitu Tatarico advenit: inde *Tyrami* fluvium ponte ſterni iubet Sultanus, vt *Camenecum Podoliae* peteret. Eo in opere cum *Ducas* Princeps ſegniter ſe geſſiſſe videretur,

ad-

(*) *Calauz* Moldavi vocant.

(**) Demetrius Princeps *Chotimum* vocat vrbem, Poloni *Chocim*.

Дука притворясь, слагаетъ съ себя Княжество, и отъѣзжаетъ въ *Константинополь.* По прибытіи въ *Галацъ* извѣщаетъ Султану о состояніи дѣлъ своихъ. Султанъ повелѣваетъ ему возвратиться къ *Молдавію*, и съ помощію *Татаръ* стараться привесть къ послушанію мятежниковъ. *Дука* внемлющій прежде совѣтамъ *Кантемира*, паки требуетъ отъ него и помощи и защищенія. Сей отправляется съ *Татарами* противу бунтующихъ *Молдавцевъ*, готовыхъ лучше умереть, нежели положить оружіе. Разбиваетъ толпу мятежниковъ на *Оргеенскомъ* полѣ, и обративъ ихъ въ бѣгство, всю провинцію усмиряетъ. За сіе тогдажъ почтенъ онъ былъ достоинствомъ КЛУЗЕРІЯ ВЕЛИКАГО, должность главнаго надъ всѣми хлѣбными припасами начальника, во второмъ Бояръ степени четвертая.

По истеченіи года *Магометъ* IV. *Ибраимовъ* сынъ вступивъ въ походъ со многочисленными войсками противу *Поляковъ*, и переправясь чрезъ *Дунай*, поспѣшалъ *Молдавіею* къ *Хотину*. Для препровожденія въ семъ походѣ *Турецкихъ* войскъ (*) опредѣленъ отъ Князя *Дуки Кантемиръ*, яко мужъ во всемъ благоразумный, и знающій всѣ дороги, Польскія поведенія и Турецкой языкъ. *Селимъ Гирей* съ Татарскимъ войскомъ приходитъ къ *Хотину*. Султанъ приказываетъ чрезъ рѣку *Днестръ* наводить мосты, и поспѣшать къ осадѣ *Каменца Подольскаго*. Но Князь *Дука* медленнымъ по видимому сего дѣла производствомъ навлекъ на себя подозрѣніе, и потому

бывъ

(*) Молдавцы называютъ *Калаушъ.*

adductus est in suspicionem novarum rerum, mox graviori criminatione oppressus, vita quidem donatur, dignitate vero atque fortunis omnibus exuitur. Successor datus *Stephanus Petrezeicus* (*) e proceribus Moldavicis. At *Cantemirus*, qui in castris apud *Cazazogli Kum Kapitzolar Kirhaiasi* diverterat, perpetua tum Sultani tum summi Vesirii Passarumque gratia vtebatur. Nam inprimis *Mahometem* delectabant eius de rebus Polonicis sermones, cum de regionum situ; de fluminibus, militari disciplina, factionibus nobilitatis, moribus gentis referebat, vt ex eo tempore gratiosum in aula *Cantemiri* nomen esset. Captum *Camenieçum* decimo die, ex quo oppugnatum fuit, vrbi et castello praefectus datus *Halil* Passa: exercitus *Leopolin* movit, quo *Caplan Mahomet* Passa et *Selimus* Tatarorum Chanus cum levis armaturae copiis praemissi erant. Dum *Leopolis* oppugnatur, Sultanus ad *Buzacum* substitit. A *Camenieco* concubinae Sultani puellaeque Polonicae, quas partim *Tatari*, partim alii dono miserant captas, traiecto *Istro* in tuta se recipere iubentur. Datus Gynecaeo dux *Chazuadarbassi Iusuph Aga* (**), cum centum admodum *Turcis*: *Cantemirus* cum quinque

(*) *Petreczeicum* ὑποκοζισικῶς dixere Moldavi, cum *Petrus* ei nomen esset.

(**) *Hazn-darbassi* summus praefectus thesauri in Gynaeceo, secundus a Kislar Aga, totius Gynaecei magistro.

бывъ обвиненъ въ важной измѣнѣ, хотя и не лишился жизни, но потерялъ Княжество, и все свое имѣніе. Преемникомъ ему учиненъ изъ Молдавскихъ вельможей *Стефанъ Петречейкъ* (*). *Кантемиръ* же находясь въ лагерѣ у *Казиогли Рама Капичогаръ Кегаясы*, всегда какъ Султанову, такъ великаго Визиря и Пашей носилъ на себѣ милость. Ибо *Магомета* IV. наиболѣе увеселялъ разговорами о Польскомъ Государствѣ, разсказывая ему о положеніи провинцій, о рѣкахъ, о военномъ ремеслѣ, о измѣнахъ отъ дворянства происходившихъ, и о народныхъ обычаяхъ; такъ что съ того времени о *Кантемирѣ* съ пріятностію при Султанскомъ дворѣ всѣ отзывались. Взятіе *Каменца* по осажденіи въ десятый день воспослѣдовало. Правленіе города и крѣпости поручено было *Галилъ* Пашѣ; войску же велѣно слѣдовать ко *Львову*, куда *Капланъ Магометъ Паша* и *Селимъ* Татарскій Ханъ впередъ съ легкими отправлены войсками. Пока происходила осада города *Львова*, Султанъ находился при *Буджакѣ*. Наложницъ Султанскихъ и Польскихъ плѣнныхъ дѣвицъ частію отъ Татаръ, частію же и отъ другихъ въ даръ присыланныхъ отпустивъ изъ *Каменца*, велѣно переправясь чрезъ *Дунай*, въ безопасное отвесть мѣсто. Сераль сія поручена была въ главное надзираніе *Хазнадаръ Башѣ* (**) *Юсуфу Агѣ* съ командою около ста Турковъ: а *Кантемиру* съ

 пятью

(*) Такъ назывался отъ Молдавцевъ ласковымъ словомъ, а въ самомъ дѣлѣ имя ему было *Петръ*.

(**) *Хазнадаръ Баша* есть начальникъ надъ Серальскою казною; второй по *Кизлярѣ Агѣ* верховномъ надъ сералью.

quinque cohortibus Moldavicis praesidio esse iussus. Cum *Tyram* traiecissent, pavidi nuncii ferebant, adesse *Polonos*. Missi enim erant a *Sobiesskio* Duce ad septem millia, qui extrema *Turcarum* castra invaderent. Hi ipsa in ripa fluminis agmen, quod Gynecaeum deducebat, adoriuntur. Perculsus discrimine Eunuchus *Cantemirum* vocat: Is nuncios ad Sultanum extemplo mittendos esse ostendit, qui se impeditos teneri nuncient, et auxilia petant, caetera sibi curae fore. Obiectis hosti impedimentis equites ad pedes transire iubet, *Polonos*que a munimentis repellere. Octo horas certatum est, donec *Poloni* auxilia *Turcica* advenare e longinquo senserunt. Fuga dilapsis Polonis Turcicae copiae aderant, ad quas Eunuchus multo verborum honore *Cantemiri* virtutem et invictum animum, vt in recenti pavore, mirifice efferebat. Postquam mulieres *Galatium* venerunt, *Cantemirus* cum sua manu remissus litteras Eunuchi *Carae Mustaphae* Vesirio tradit, in quibus salutem Gynaecei huic vni viro acceptam ferebat. Visirius eum perhumaniter habuit, haud obscuro testimonio voluntatis, si quid in *Moldavico* Principatu novaretur. Ferebat enim „neminem „alium ad Principatum fuisse perventurum, si „tantam virtutem cognovisset, nunc vbi

„novo

пятью Молдавскими ротами приказано оную охранять. Не успѣли они переправиться чрезъ *Днѣстръ*, какъ отъ робкихъ вѣстниковъ получено извѣстіе о приближеніи Поляковъ, кои посланы были въ семи тысячахъ отъ Гетмана *Собіескаго* для нападенія на отдаленный Турецкій обозъ. И въ самомъ дѣлѣ провождавше женщинъ войско настигли они на берегу рѣки. Таковымъ пораженный приключеніемъ Евнухъ призываетъ къ себѣ *Кантемира*. Сей совѣтуя немедленно отправить къ Султану вѣстниковъ съ донесеніемъ, что они находятся въ осадѣ, и чтобы прислана была къ нимъ помощь, прочее возлагалъ на свое попеченіе. Дабы учинить непріятелю отпоръ, приказываетъ *Кантемиръ* конницѣ спѣшиться, и отгонять Поляковъ отъ укрѣпленія. Восемь часовъ происходило сраженіе, пока Поляки издали усмотрѣли приближающееся вспомогательное Турецкое войско. По обращеніи въ бѣгство Поляковъ, прибыло и Турецкое войско, предъ коимъ Евнухъ храбрость и неустрашимость *Кантемирову* въ недавно приключившейся опасности отмѣнными превозносилъ похвалами. Какъ скоро привезены были женщины въ *Галацъ*, то *Кантемиръ* отпущенный съ своимъ войскомъ подалъ Визирю *Кара-Мустафѣ* отъ Евнуха письма увѣрительныя, что сераль спасеніемъ своимъ единственно сему мужу одолжена. Визирь принявъ его весьма благосклонно, явныя оказывалъ желанія своего знаки услужить ему при первой въ *Молдавіи* будущей перемѣнѣ. Ибо не обинуясь сказалъ: „что никто бы другой не „достигъ до сего Княжества, естьли бы „онъ зналъ толикую его храбрость; нынѣжъ-

 по-

„ novo in Principe Sultanus nihil movere pos„ sit, dignitatem eius olim, sibi curae cor„ diique fore „. Ex eo in suspicionem apud suos venit *Cantemirus*, visusque Principatui inhiare; neque enim tam obscura fuere in eum Vesirii studia, quin aemulos pungerent. *Leopoli* summo in discrimine res erant, cum legati a rege ad Chanum in castra venerunt de pace. Praefectura *Caminiecensis* cum arce et duo de quinquaginta oppidis pagisque in Turcarum potestate permanerent, tributum viginti aureorum millia singulos in annos darent *Poloni*, Cosaci rebelles amicorum in loco haberentur. His legibus pace composita Sultanus exercitum in hiberna reducit: interea *Poloni* rebellant: Cancellarius litteris ad Vesirium missis ostendit: Regem inconsulta rep. ignominiosam pacem faciendi

A. C. potestatem non habuisse. Ita vtrinque exacer-

1673. batis animis motum. Poloni duce *Ioanne Sobieskio* ad *Chocimum* castra iam metati fuerant, cum *Machometes* Sultanus eodem advenit. Tum vero *Stephanus Petrezeicus Moldaviae*, et *Gregorius Gicae* filius *Valachiae* Princeps arma in *Turcas* ex composito vertunt. Laevum cornu, cui *Ibraimus Passa* praeerat, prodi se videns a suis, ordines deserit, mox dexterum quoque cornu Polonorum

vir-

„посклику Султанъ ни въ чемъ новаго Правителя опорочить не можетъ, то обѣщалъ впредь усерднѣйше стараться о его возвышеніи.“ Отъ сего *Кантемиръ* пришелъ у своихъ въ подозрѣніе, якобы имѣетъ онъ намѣреніе похитить Господарство, тѣмъ наипаче, что Визиревы объ немъ попеченія не столь были скрытны, чтобъ не могли воздвигнуть зависти. *Львовъ* городъ въ крайнемъ находился злоключеніи тогда, какъ Польскіи послы пришли отъ Короля въ лагерь къ Хану просить о мирѣ съ таковымъ предложеніемъ: что *Каменецкое* воеводство съ замкомъ, и съ сорокью осмью городами и селами останется во владѣніи Турковъ; что Поляки платить будутъ ежегодно подать по двадцати тысячь золотыхъ, и что бунтующіе Казаки на всегда останутся ихъ друзьями. Султанъ заключивъ на сихъ условіяхъ миръ, повелѣваетъ расположиться своему войску по зимнимъ квартирамъ. А Поляки между тѣмъ опять бунтуютъ. Коронный Канцлеръ письменно Визирю даетъ знать: что Король безъ согласія всей рѣчи посполитой не имѣлъ власти толь постыдный заключить миръ. По причинѣ взаимнаго о семъ негодованія война паки возгорается. Уже Поляки подъ предводительствомъ Гетмана *Яна Собіескаго* близъ *Хотина* расположились лагеремъ, какъ и Султанъ *Махометъ* IV. туда же прибылъ. Пользуясь симъ случаемъ *Стефанъ Петрейчикъ* Молдавскій, и *Григорій Гика* Волошскій Господари соединенными силами нападаютъ на Турковъ. Лѣвымъ крыломъ начальствовавшій *Ибраимъ Паша* видя въ своихъ подчиненныхъ измѣну, удаляется отъ войска. Вскорѣ потомъ

virtuti cedit. Ea defectione offensus Sultanus Moldavis Principem nisi Graecum genere, et qui *Constantinopoli* domicilium haberet, nullum dare constituit. Itaque *Demetrius Michaelis* filius *Cantacuzenus* (*) rebus in *Moldavia* admotus est.

Is cum *Galatiam* hyeme illa venit, *Moldaviam* a Cosacis, qui ad *Russos* defecerant, vexatam turbatamque reperit. Barones et quicquid nobilitatis *Moldavicae* erat, se suaque in montes receperant, in speciem ob metum Cosacorum, revera vt *Demetrium* hominem nulla commendatione famae, et prope sordidum sine ope sua destituerent. Nam cum e veteri *Byzantiorum* Imperatorum domo clarissima stirpe adolescens esset, in *Valachia* aulae officiis admotus *Protovestiarius* fuit. Inde nescio qua fortuna pulsus tantam ad inopiam recidit, vt *Constantinopoli* gemmaria argentariaque arte vitam aegre sustentaret. Vt autem *Mahometi* Sultano vasculum ex argento, quod per syringes aquam proiiciebat in altum, munus obtulit (**), eo ille principatu *Moldaviae* dignus est visus. At fortunae eius diuturnae

iabes

*) Moldavis [illegible] *Demetraszco* dictus.

**) شادیرقان *Schadirvan* eiusmodi fontem vocant Turcae, quo in circumcisionis apparatu vtuntur.

и правое крыло уступаетъ храбрости Поляковъ. Раздраженный таковою измѣною Султанъ опредѣляетъ не иного кого впредь возводить на Молдавское Господарство, какъ Грека, и имѣющаго притомъ жительство свое въ *Константинополѣ*. Вслѣдствіе сего *Димитрій* (*) *Михайловъ* сынъ *Кантакузинъ* Молдавскимъ поставляется Княземъ.

Сей пріѣхавъ подъ зимы въ *Галацъ*, находитъ Молдавію изнуренную, и отъ Казаковъ перешедшихъ въ Россійское подданство разоренную. Бояре и Дворянство Молдавское со всѣмъ своимъ имѣніемъ скрылись въ горы, подъ видомъ будто бы боялись они Казаковъ, а самою вещію, дабы *Димитрія*, яко человѣка безъ заслугъ и благородства, лишить всей своей помощи. Напротивъ же того *Димитрій* происходя отъ древней знаменитой фамиліи *Византійскихъ* Императоровъ, въ молодыхъ лѣтахъ служилъ въ *Валахіи* при дворѣ *Протопестіаріемъ* (чинъ Оберъ-Камергера), оттуда по не извѣстному случаю будучи изгнанъ, до такой дошелъ бѣдности, что едва могъ въ *Константинополѣ* прокормить себя рукодѣліемъ серебреныхъ и алмазныхъ вещей. Но какъ онъ поднесъ въ даръ *Магомету* IV. серебреной сосудъ, представляющій посредствомъ разныхъ щуруповъ водометъ (**), то за сіе и почтенъ достоинствомъ *Молдаискаго* Господаря. Со всѣмъ тѣмъ подлость состоянія, сверху

(*) Молдавцы называли его ласковымъ словомъ Ди-*метрашко*.

(**) Турки таковой сосудъ называютъ *Шадырпанъ*; оной употребляется ими при обрядѣ обрѣзыванія.

labes nobilitatis animos offendebat. Erat cum *Demetrio* homo Graecus Moldavicarum rerum inprimis callentissimus. Is consilium dat Principi: vt quacunque posset arte *Gavrilitium*, qui tum copiarum Dux erat, et *Constantinum Cantemirum* ad se pelliceret; eorum enim auctoritatem caeteros Barones sequi solere. Acciti litteris amplissimisque conditionibus *Galatium* veniunt. *Gavrilitium* Ducem *Demetrius* Princeps confirmat, secum tamen manere iubet, quasi eius consiliis atque officiis delectaretur. *Constantinum Cantemirum* SERDAREM facit; munus honorificum et opimum: praefectura enim est equitum *Capusnensis*, *Orheiensis* et *Sorocensis* agri intra *Poratam*, *Tyram* et *Bassarabiam Tataris* opposita.

Interim *Cantemiro* filius (*) natus est, quem *Demetrius* Princeps e sanctissimo fonte susceptum, tum nomine suo donavit, tum pagorum *Valeiki* possessione. His officiis devinctus *Cantemirus* copiis modicis, partim *Moldavicis*, partim *Turcicis* et *Tataricis* Cosacos adortus, intra triginta dies omnia pacata reddidit. Igitur *Iassios* concedit *Demetrius* Princeps, et Barones accipit in fidem. His

(*) A. C. 1673 Octobr. 26.

каковомъ онъ чрезъ долгое время находился, не сносна была тамошнему дворянству. При *Димитріи* находился Грекъ знающій совершенно всѣ Молдавскихъ дѣлъ обстоятельства. Сей совѣтуетъ Господарю всѣми образами склонять къ себѣ въ любовь какъ *Гаприлиха*, Молдавскихъ войскъ Гетмана, такъ и *Константина Кантемира*, коихъ обыкновенно и прочіе Бояре уважали. Оба они вызваны будучи письменно на выгоднѣйшихъ условіяхъ, пріѣзжаютъ въ *Галацъ*. Князь *Димитрій* подтвердивъ *Гаприлиха* въ чинѣ Гетмана, повелѣваетъ однако оставаться ему при себѣ, дабы имѣлъ онъ нужду пользоваться его совѣтами и услугами: *Константина* же *Кантемира* производитъ въ СЕРДАРИ; достоинство знаменитое и прибыльное, поелику составляло начальство надъ конницею *Лапушненскаго*, *Оргейскаго* и *Сорокинскаго* уѣздовъ, между рѣками *Прутомъ*, *Днѣстромъ* и *Бессарабіею* лежащихъ, и съ *Татарами* смѣжныхъ.

Между тѣмъ родился у *Кантемира* сынъ (*), коего Господарь *Димитрій* принявъ отъ святыя купели, не токмо своимъ нарекъ именемъ, но и подарилъ ему во владѣніе нѣсколько деревень въ уѣздѣ *Валейлекъ*. Таковыми благодѣяніями обязанный *Кантемиръ* съ немногимъ числомъ частію *Молдавскихъ*, частію же *Турецкихъ* и *Татарскихъ* войскъ нападаетъ на Казаковъ, и въ одинъ мѣсяцъ повсюду возстановляетъ спокойствіе. Господарь же *Димитрій* пріѣхавъ въ *Ясы*, пріемлетъ отъ Бояръ вѣрности присягу.

(*) 26 Окт. 1673 родился Князь *Димитрій Константиновичь*.

His fortiter atque fideliter factis indigna tributa merces est. Princeps enim invidia suffusus, *Cantemirum* quasi aemulum, favore aulae *Turcicae* et Chani *Tatarorum Moldavique* populi nitentem, de medio tollere constituit. Aperta via grassari se non posse sentiens, ne si consilia nudaret, procellae maiorum tumultuum concitarentur, occultas insidias parabat. Ille cautus et munitus contra dolos, discrimen dissimulabat et obsequiis enixe studebat placare Principem. At inimici eum assidue criminabantur: invidiam maxime augebat *Carae Mustaphae* Vesirii de illius dignitate iudicium. Vix annum vnum mensesque quatvor Principatum tenuerat *Demetrius*, cum *Antonius Rossetus* cognomento *Draco* suffectus est. Hoc Principe *Cantemirus*, ne vltra criminationibus exagitaretur, ab praefectura discessit, privatusque vixit duos annos. Eo tempore ANNA vxor *Cantemiri* puellam peperit ELISAM (*), quo ex partu diem obiit; mulier prudentiae et castitatis et litterarum quoque laude eximia. Post paulo etiam A.C. 1677 MACRINA *Cantemiri* soror, Deo devota virgo, fatis functa in monasterio paterno *Vrlatib* (**) a fratribus in maiorum monumenta composita est.

Anto-

(*) Moldavi *Sichiam* dicunt.

(**) *Vrlacii.*

Сіи съ толикою храбростію и вѣрностію произведенныя *Кантемиромъ* дѣйствія худо были вознаграждены. Ибо Господарь подстрѣкаемъ будучи завистію, предпріялъ его истребить, почитая его своимъ соперникомъ, любимцемъ же *Турецкаго* двора, *Татарскаго* Хана и всего *Молдавскаго* народа. Но видя невозможность явно его озлобить, и опасаясь въ случаѣ имѣющихъ открыться его умысловъ, подать причину къ вящшему бунту, тайно надъ нимъ коварствовать началъ. *Кантемиръ* поступая осторожно и предохраняя себя отъ злоухищренія, скрывалъ свою опасность, и всѣми силами старался укрощать Господаря покорностію. Но враги не преставали обвинять его: напаче же усугубляло ненависть доброе *Кара Мустафы* Визиря мнѣніе о его достоинствахъ. Но едва годъ и четыре мѣсяца правительству *Димитрія* минуло, какъ опредѣленъ былъ на его мѣсто *Антоній Россетъ* прозваніемъ *Драко.* При семъ Господарѣ *Кантемиръ* не желая болѣе терпѣть безпокойствъ отъ злобниковъ, отказался отъ начальства, и жилъ въ уединеніи два года. Тѣмъ временемъ *Анна* супруга *Кантемирова* родила дочь ЕЛИСАВЕТУ (*), и сими родами скончалась; женщина не токмо благоразуміемъ и цѣломудріемъ, но и въ наукахъ отмѣнно знаменитая. Вскорѣ (**) за нею умерла и МАКРИНА, сестра *Кантемирова*, посвятившая себя на служеніе Богу дѣвица, которую братья въ воздвигнутомъ отцемъ ея монастырѣ *Урлаческомъ* погребли обще съ своими Предками.

По

(*) Молдавцы *Сафтою* называютъ. (**) 1677 года.

Antonio Rossetto pulso, *Ducas* tertium e *Moldavia* in *Valachiam* mittitur: eius in locum *Valachiae* principatum *Servanus Cantacuzenus* obtinet. *Ducas* Princeps *Cantemirum* ad SERDARI munus denuo admovit, non quo eius virtutes suspiceret, sed vt occasionem nancisceretur de medio tollendi gratiosum hominem. Nam cum privatus ageret *Constantinopoli*, quo in loco atque existimatione *Cantemirus* esset, sensit. Hic autem vt erat multae in adversis experientiae, quo magis vidit laqueos sibi tendi, eo magis cavit. Tertio anno cum *Ducas* rerum potitus est, *Gevgas Protovestiarius*, *Bogdanus* annonae magister (*) et *Lupulus* Lanionum praefectus (**) odio Tyrannidis, non sine occulta multorum Baronum voluntate coniurant. Quae res cum non satis tegeretur, coniecti in vincula convictique crimine maiestatis, capite plectuntur. *Bogdani* filio *Lupulo*, adolescenti annum agenti septimum et decimum desponsa erat ROXANE *Cantemiri* filia. Idcirco obtrectatores et vicinitatem agrorum et necessitudinem vtriusque domus criminando, *Cantemirum* apud Principem in suspicionem coniurationis adducunt. Nimis vero potentem et *Moldaviae* Transporatanae viribus suffultum me-

(*) *Zitnitzar* Moldavis dicitur.

(**) *Sardzar* Moldavis.

„ tertio post die cogitata perfecturum. „ *Demetrius* ne quid morae esset, vncialium quindecim millia dependit, atque e castris profectus *Iassios*, ductorem decernit *Cantemirum*. Hic a *Serbano* litteras paulo ante acceperat, vt de Seraskieri beneuolentia nihil dubitaret: tamen quia vafrum hominem, et quoties priuatis vtilitatibus duceretur, inconstantem nouerat, non caruit occultae fraudis metu.

Vt ad eum venit, litteras *Demetrii* Principis tradit, quaeque ex officio sint futura, cum fide et industria executurum se promittit. *Solimanus* Seraskierus semotis aliis *Cantemiro* secretum dat, et subridens: *tua in me officia*, inquit, *iam ita exstant, vt quanta sint, nescias: quindecim millia a Demetrio accepi, vt aliqua in te coniecta culpa male perires: nos autem non eo sumus a Sultano hoc in gradu collocati, vt capita hominum fortium et fidelium pro libidine Principis duri et imbellis vendamus, sed vt suam cuique tribuamus: quare nihil sinistri metuas, cum te paucis post diebus, vbi ab expeditione Polonica salvi reuertemur, Principem Moldaviae dare decreui: non enim puta commendationem meam apud Sultanum vulgarem fore.* Itaque

Can-

„ а какъ скоро означено будетъ число денегъ,
„ то въ третій же день исполнитъ онъ все
„ его желаніе. *Димитрій* не теряя много времени, отвѣсилъ Сераскеру пятнатцать тысячь унцій серебра, и возвратясь изъ лагеря въ *Ясы* поручаетъ *Кантемиру* быть Турецкаго войска путеводителемъ. *Кантемиръ* хотя не задолго предъ тѣмъ и получилъ отъ *Сербана* письмо, увѣряющее ни мало не сумнѣваться о благосклонности къ нему Сераскеровой: но послику онъ довольно зналъ сего лукаваго, корыстолюбиваго и непостоляннаго человѣка, то и немогъ не опасаться скрытнаго его обмана.

Пріѣхавъ *Кантемиръ* къ Сераскеру вручаетъ письма отъ Господаря *Димитрія*, обѣщаяся все на него по должности возложенное исполнять вѣрно и тщательно. *Солиманъ* Сераскеръ выславъ отъ себя всѣхъ, открываетъ ему тайну, говоря съ усмѣшкою слѣдующее: *Ты столько уже [illegible] мнѣ услугъ, что и самъ не знаешь онымъ цѣны. Пятнатцать тысячь дано мнѣ отъ Димитрія за то, дабы я подъ предлогомъ какой либо твоей вины, погубилъ тебя. Однако мы не для того на сей отъ Султана возносимся степень, что бы по угожденію свирѣпому и трусливому Господарю продавать жизнь храбрыхъ и вѣрныхъ людей, но для того, дабы всякому воздавать достойное. Въ слѣдствіе сего ты ничего не опасайся; ибо по благополучномъ нашемъ изъ Польши возвращеніи, спустя нѣсколько дней, намѣренъ я здѣлать тебя Молдавскимъ Княземъ; и я въ томъ увѣренъ, что мое къ Султану*

Cantemirus sic satis tranquillo animo illa in expeditione egit, quae diuturna non fuit: Polonorum enim copiae nullae occurrerunt: *Camenicecum* et praesidiarii milites et commeatus nemine impediente ducti. Postquam ad *Zuzoram* Seraskierus rediit, occurrit ei *Demetrius* Princeps. Seraskierus assimulata humanitate, priusquam ipse de *Cantemiro* moveret, praeoccupat: *saepenumero occasionem se quaesivisse occidendi hominis, nec potuisse tamen, quod iudex castrensis sententiam mortis noluisset ferre: credere se eum a Cantemiro grandi corruptum pecunia: igitur consilium se dare, vt iudex aliquo munusculo in partes pertrahatur: ita se non ante cum exercitu perventurum ad Danubium, quam Cantemiro sublato.* Is dolum non sentiens, per fidos homines iudicem muneribus explet, rogat, ne sibi post hac in opprimendo *Cantemiro* ferenda sententia adversetur. Iudex primum re nec opinata stupet, mox ut *Solimani* Seraskieri astutiam et artes noverat, quid subesset secum reputans, munus accipit, et veluti obstrictus conscientia, officio suo se non defuturum promittit.

Postquam ad *Istrum* perventum est, *Solimanus Cantemiro* svadet: vt per notae fidei hominem liberos suos atque Barones suarum

par-

о тебѣ предстательство не будетъ тщетно. Въ слѣдствіе сего *Кантемиръ* въ недолго продолжившемся семъ походѣ былъ весьма спокоенъ, для того что никакія *Польскія* войска съ нимъ не встрѣчались, и не помѣшали ему какъ вспомогательныя войска, такъ и военныя запасы препроводить въ *Каменецъ Подольской.* По возвращеніи Сераскера въ *Цоцору*, встрѣчаетъ его Господарь *Димитрій.* Сераскеръ изъ притворной къ нему благосклонности не допуская, пока онъ спроситъ о *Кантемирѣ*, самъ предупреждаетъ его сими словами: *часто искалъ я случая погубить сего человѣка, но не могъ по той причинѣ, что полковой судія не согласился приговорить его къ смерти, будучи по видимому великими отъ него Кантемира подкупленъ деньгами. Того ради совѣтую онаго судію склонить на свою сторону какимъ ни есть подаркомъ; такимъ образомъ я не прежде достигну съ войскомъ Дуная, пока не истреблю Кантемира. Димитрій* не понимая въ семъ дѣлѣ обмана, посредствомъ вѣрныхъ людей удовлетворивъ онаго судію дарами, проситъ, дабы онъ впредь приговоромъ своимъ погубить *Кантемира* не отрекался. Судія, сперва не зная ничего о семъ дѣлѣ, приходитъ въ изумленіе; потомъ, вѣдая сколь коваренъ и хитръ *Солиманъ* Сераскеръ и размышляя съ собою, что подъ симъ предлогомъ что нибудь кроется, подарки пріемлетъ, и какъ бы по совѣсти будучи обязанъ, обѣщается возложенное на него исполнить.

По прибытіи къ *Дунаю Солиманъ* совѣтуетъ *Кантемиру* отправить вѣрнѣйшаго человѣка къ дѣтямъ своимъ и Боярамъ, его стороны

partium in *Valachiam* concedere iubeat, eodem se conferat ipse. Quod cum ex composito esset factum, Seraskierus per litteras monet *Demetrium* Principem: *Cantemirum manu sua elapsum ad Serbanum Principem fugisse, eodem se audire complures amicos eius se fortunasque suas contulisse: gaudere adeo repertam sibi occasionem, vt omnes simul comprehensi poenas dent, et Serbanus Principatu deiiciatur: modo quam primum aliquot Barones ad se ableget, atque omnium ordinum aduersus seditiosos homines querelas supplici libello deferat: se summa potentia Seraskierum adeo contemni, neque aequum videri neque ferendum.* Demetrius, vt eum omnes detestabantur, ita paucis fidebat. Quare cum ab Ordinibus criminationem *Cantemiri* exprimi non posse sentiret, ad fraudes suas se contulit. Et primum quidem NESTORIVM *Cantemirum* . *Constantini* fratem in carcerem abstrudit, quo in squalore duo de quinquaginta annos natus deessit, et in ecclesia pagi *Czacariorum* sepultus est. Ad *Constantinum* vero litteras dat: quibus eum multa pollicendo revocabat. Interim fingit libellum, falsis subscriptionibus sigillisque obsignat; accusat atrocissimis criminibus *Cantemirum* caeterosque exules, vt Sultani impe-

придержащимся съ приказаніемъ, дабы оніи переѣхали въ *Валахію*, куда и онъ бы самъ слѣдовалъ. Какъ скоро по условію все исполнено было, то Сераскеръ увѣдомляя письменно Господаря *Димитрія*: *Кантемиръ*, сказуетъ, *вырвавшись изъ моихъ рукъ, бѣжалъ къ Князю Сербану, куда какъ я слышу, и многіе друзья его совсѣмъ своимъ имѣніемъ переселились. Я весьма радуюсь получивъ теперь случай, всѣхъ ихъ вмѣстѣ переловить и предать смерти, а Сербана свергнуть съ Господарскаго достоинства, только ты поспѣшай нѣсколькихъ боярь на сію сторону преклонить, и за руками всякаго званія людей письменную на сихъ бунтовщиковъ ко мнѣ жалобу прислать. А я*, продолжаетъ Сераскеръ, *имѣя въ рукахъ верховную власть, не допущу и не снесу того, чтобы мною презирали. Димитрій* и всѣми будучи ненавидимъ, и самъ никому не довѣряя, не уповалъ кого нибудь изъ чиновныхъ преклонить къ обвиненію *Кантемира*, почему самъ отъ себя вымышляетъ коварство. И во первыхъ НЕСТОРА *Кантемира Константинова* брата заключаетъ въ темницу, въ коей онъ съ печали на сорокъ осьмомъ году отъ рожденія своего умеръ, и погребенъ внутрь церкви въ селѣ *Чахары*; къ *Константину же* посылаетъ письмо, въ коемъ предлагая ему великія обѣщанія, приглашаетъ его къ себѣ, а между тѣмъ составляетъ доношеніе, прилагая къ оному и подписи рукъ и печати ложныя. Въ ономъ доношеніи обвиняя *Кантемира* и всѣхъ съ нимъ ушедшихъ въ величайшемъ преступленіи, порицаетъ ихъ противниками

imperio adversantes, patriae proditores et seditionum architectos.

Eo libello recepto *Solimanus* fremit: mandata mittit ad *Serbanum* Principem in speciem severa: „relatum ad se esse, multos nefarios „homines in *Valachiam* confugisse, qui Sultani „imperio non modo non obsecundent, verum „etiam seditiones et bella serant, eam rem „sibi minime ferendam videri; quare vniuer„sos comprehensos ad se mittat, qui poenas „e merito luant: ni faxit summa fide, exitum „et ipsum habiturum infelicissimum.„ Priuatim litteris et ad *Serbanum* Principem et ad *Cantemirum* scriptis, bono eos esse animo iubet. *Cantemirus* caeterique Barones nihilo minus fraudem aliquam, vt erat doli mali plenus Seraskierus, metuentes, diu secum deliberabant, quid facto opus esset: ad extremum tamen cum Valacho praesidio *Saxiam* (*) petunt. Nocte proxima *Cantemirum* et *Gaurilicum* ad se vocat *Solimanus* et in arcano ordinem iudicii docet: *Cantemiro* Principatum se tradere posse ostendit, etiam inconsulta aula; neque enim Vesirium sibi adversaturum. Postridie in iudicium descendunt per apparitores vocati. Accusatores Seraskiero libellum tradunt: is iudicem recitare et multum indignans ferocientique similis causam dicere reos iubet. *Cantemirus* vt eximia erat Turcice loquendi facul-

(*) Sakzia.

Султанской воли, измѣнниками отечества и начальниками бунта.

Получивъ таковое доношеніе *Солиманъ* ропщетъ, и посылая съ умыслу строгое повелѣніе къ Господарю *Сербану* объявляетъ: „что ему „донесено, будто бы бѣжали въ *Валахію* мно„гіе негодные люди, кои не токмо не пови„нуются Султанской власти, но еще всчи„наютъ бунтъ и войну, чего онъ никакъ „сносить не можетъ; и для того переловивъ „всѣхъ таковыхъ къ нему прислать для до„стодолжнаго наказанія. Ежели же онъ не ис„полнитъ сего съ отмѣнною вѣрностію, то „и самъ здѣлается нещастнѣйшимъ.„ Особливо же какъ къ *Сербану* Господарю, такъ и къ *Кантемиру* написавъ, совѣтуетъ имъ ни о чемъ не безпокоиться. Однако *Кантемиръ* и прочіе Бояре не меньше и въ семъ случаѣ опасаясь злоухищреній, каковыми былъ преисполненъ Сераскеръ, долго между собою разсуждали, что имъ начать дѣлать? наконецъ рѣшились подъ прикрытіемъ *Волохопъ* отправиться въ *Исакчи*. *Солиманъ* въ слѣдующую ночь призываетъ къ себѣ *Кантемира* и *Гаприлика*, и въ тайнѣ объяснивъ о порядкѣ будущаго суда, даетъ знать *Кантемиру*: что онъ и безъ дозволенія двора можетъ его поставить Господаремъ; бывъ увѣренъ, что и Визирь на сіе согласится. На другой день призываются чрезъ разсыльщиковъ всѣ къ суду. Доносители вручаютъ прошеніе Сераскеру; сей повелѣвая оное судьи читать, самъ съ притворнымъ негодованіемъ и яростію приказываетъ виноватымъ противу онаго отвѣчать. *Кантемиръ* имѣя даръ совершенно на Турецкомъ изъясняться

facultate, pro se caeterisque respondit: „ nun-
„ quam a fide et obsequio Sultani discessisse:
„ vel, se ipsum testes pro se producere posse
„ exercitus Moldavos et Turcicos, quam saepe
„ fortiter dimicando fidem servaverit; neque
„ cuiquam se Principi ante hunc defuisse, qui
„ saevitia et impotentia animi innocentissimos
„ homines premat, bonis spoliet, mortem et
„ extrema omnia minetur: quae autem in li-
„ bello exstent accusationis capita, ea ficta esse
„ et praeter Baronum voluntatem totum libellum
„ esse compositum, falsa esse signa, falsas sub-
„ scriptiones manuum: ni ita sit, poenam se
„ nullam deprecari „. Seraskierus accusatores,
quae cuiusque Baronis signa sint, cognoscere
atque effari iubet. Erant autem tria aut
quatvor, Baronum quidem et Graecorum ho-
minum e domesticis Principis, caetera omnia
conficta. Igitur teneri se sentientes, „ non
„ cognoscere signa aiunt, istum vero libellum se e
„ Principis manibus accepisse, eiusque mandata sese
„ privato sine in quemquam odio exsequi „. Vt
moveri visi, instat Seraskierus: „ quae vera sint,
„ sponte patefaciant, monet, patere et con-
„ strictam teneri fraudem: ni faxint, mis-
„ surum se in *Moldaviam* Baronesque exciturum
„ ad cognoscendum tum manus suas, tum

„ signa:

языкѣ, за себя и за товарищей своихъ отвѣтствовалъ: „ что онъ никогда отъ вѣрности и „ повиновенія Султана не отступалъ, что свидѣтельствуется Молдавскими и Турецкими „ войсками видѣвшими, сколь многократно и „ храбро сражаясь съ непріятелями сохранялъ „ онъ вѣрность, и ни единому не измѣнялъ „ Господарю кромѣ сего, которой строгостію „ и неистовствомъ своимъ угнѣтаетъ неповинныхъ, похищаетъ у нихъ имѣніе и грозитъ „ смертію и всякими бѣдствіями; что относящіеся къ обвиненію его въ поданномъ доношеніи пункты ложесоставные, такъ какъ „ и все оное доношеніе сочинено безъ вѣдома „ Бояръ, поддѣланныя печати и подложныя „ подписи рукъ; и что наконецъ въ противномъ случаѣ всѣмъ казнямъ онъ себя подвергаетъ „. Сераскеръ принуждаетъ доносщиковъ узнавать и объявлять каждаго Боярина печати. Три или четыре печати, были подлинно Бояръ и Грековъ прислуживающихъ Господарю, прочія же всѣ поддѣланныя. Въ слѣдствіе сего видя доносители, что ихъ держатъ подъ стражею, объявили: „ что о печатяхъ они ничего „ не знаютъ; доношеніе же получили изъ рукъ „ самаго Господаря, коего повелѣніе, не ощущая ни къ единому изъ нихъ ненависти, и исполнили. „ Сераскеръ примѣтивъ въ ихъ рѣчахъ разногласіе, настоитъ паче на нихъ, и повелѣвая добровольно сознать сущую правду, даетъ имъ знать: „ что ихъ злоухищреніе вышло уже наружу, и что, ежели они не признаются, пошлетъ онъ въ *Молдавію* призвать передъ себя Бояръ для распознанія какъ „ своихъ рукоприкладствъ, такъ и печатей, а

„ они

„ signa": ipsos celatae fraudis mercedem habi-
„ turos; praecisis linguis laceratos diris verbe-
„ ribus, aversosque collocatos in asinis ad
„ populum se producturum „. Ita illi fatentur,
libellum clam omnibus esse compositum, non
subscripsisse Barones, aliena esse signa, quaesisse Principem multis modis evertere et e medio tollere *Cantemirum*, gratiosum hominem sibi, quod parendi necessitatem essent secuti, ne ea res fraudi sit, petunt. Seraskierus annuens: *et mihi vero*, inquit, *Demetrius etiam quindecim millia pretium capitis huius Cantemiri nuper dependit, miranti sane, quo haec vergerent: credo etiam huic iudici nostro.* Iudex interfatur: *vtique pecunia mortis sententiam a se emisse Demetrium, negasse autem se, quod iustum non sit, commissurum.* In eum modum causa cognita accusatores in vincula coniici, *Cantemirum* caeterosque exules secum manere iubet.

CAPVT V.

Seraskierus illo in iudicio caeteris causis deinceps cognitis, ne ad vnam hanc rem consedisse videretur, in interiorem domum discedit. Sequuntur Barones et, primus intrat *Gaurilicus*, erat enim et aetate superior et digni-

„ они доносители за утаенной обманъ пове-
„ сутъ достойное наказаніе; отрѣжутся имъ
„ языки, размучены будутъ тѣлеснымъ нака-
„ заніемъ, и напослѣдокъ посажены будучи на
„ословъ лицомъ къ хвосту, народному преда-
„ дутся позорищу „. И такъ не могли доноси-
тели не признаться, что онос доношеніе со-
ставлено мимо вѣдома всѣхъ; что Боярс онаго
не подписывали, и печати приложены чужія;
что Господарь единственно искалъ всѣхъ спо-
собовъ погубить и истребить *Кантемира*,
сего любезнаго всѣмъ мужа; и что они про-
сятъ, дабы принужденное ихъ въ семъ дѣлѣ по-
виновеніе не навлекло имъ пагубы. На сіе Се-
раскеръ: *да и мнѣ*, сказалъ, *равнымъ об-
разомъ Димитрій внесъ не давно пятнат-
цать тысячь съ тѣмъ, чтобы я погубилъ
Кантемира; и я удивляюсь, къ чему бы сіе
клонилось. Уповаю, что и сему нашему судьи
дано также.* На что судья: *правда*, от-
вѣчалъ, *и я получилъ отъ Димитрія день-
ги, дабы Кантемира приговорить къ смер-
ти, но я не далъ ему слова, нарушить
истинны.* По изслѣдованіи такимъ образомъ
всего дѣла, Сераскеръ доносителей посадить въ
оковы, а *Кантемиру* и прочимъ изгнаннымъ
у себя остаться повелѣваетъ.

ГЛАВА V.

Сераскеръ изслѣдовавъ при томъ на ономъ су-
дѣ и о прочихъ дѣлахъ, дабы не показать, что
онъ однимъ только симъ занимался слѣдствіемъ,
пошелъ во внутренніе покои. За нимъ слѣдова-
ли Бояре, и первый входитъ *Гаврилихъ*, ибо

и

dignitate, quippe qui inferiorem *Moldaviam* gubernarat (*). Vbi ſecundum cum *Conſtantinus Cantemirus* ingreditur, Seraskierus: *bene*, inquit, *veniſti Princeps* (**), et ſtantibus caeteris conſidere ſecum iubet. Adſertur toga et veſtis Principalis (***), quibus eum Seraskierus vbi induit, PRINCIPEM ſalutat. Poſtridie tentoria ſua et equos aliquot Turcicos tum ſatellites reliquumque apparatum *Conſtantino* Principi mittit, quibus vtatur, donec ſuae aulae res ordinaverit. Accuſatores quoque e vinculis producti proſtratique ad pedes Principis veniam petant: nihil ſe ſponte vel maligno animo, ſed coactos a *Demetrio* feciſſe. Ad haec *Conſtantinus* ait: *ſe non latere, plus apud eos ampliſſimas pollicitationes Demetrii valuiſſe, quam innocentiam ſuam*; detinerique eos ſub cuſtodia iubet. *Demetrius* ipſe miſſus *Conſtantinopolin*; et a *Caimacamo* inclementer ac-

(*) *Vornicul de Czara de Dzios* fuit, ſecundus a Logotheta.

(**) كيلك وزبك خوش chosch gieldun beg.

(***) قابتان *Kaphtan*, eſt veſtis interior. حلة *Chyllat* eſt toga, quae tanquam pallium ſuper iniicitur. Tria autem talium veſtium, quae honoris cauſa dantur, genera: ſuperbiſſimum vnum, quo Veſirii et trium caudarum Paſſae donantur: ſecundum آعلى *Alai* Paſſarum caeterorum ſuperioris ordinis: tertium hominum inferioris dignitatis.

и лѣтами и достоинствомъ былъ всѣхъ старѣе; поелику управлялъ нижнею *Молдавіею* (*), за нимъ приходитъ *Константинъ Кантемиръ*. Увидя его Сераскеръ: въ *пору* сказалъ, *пришелъ ты сюда Князь*. И когда всѣ прочіи стояли, ему данъ знакъ садиться. Потомъ приносится Княжеская епанча (**) и верхнее платье, которыя возложивъ на него Сераскеръ, проздравляетъ его МОЛДАВСКИМЪ КНЯЗЕМЪ. На другой день посылаетъ къ нему свои палатки, нѣсколько Турецкихъ лошадей, служителей, и другія нужныя вещи, дозволяя ему оными пользоваться до тѣхъ поръ, пока онъ дѣла своего двора приведетъ въ лучшій порядокъ. Тогда самые доносители выпущены будучи изъ темницы и повергшись къ ногамъ его *Князя Константина*, просятъ помилованія; извиняясь, что они не по своей воли, ниже по какой либо злобѣ, но единственно по наущенію *Димитрія* все оное производили. *И я знаю*, отвѣтствовалъ имъ Князь *Константинъ*, *что вы больше уважали свѣщанія Димитріевы, нежели мою невинность*. Сказавъ сіе отдаетъ ихъ подъ стражу; а *Димитрія* отправляетъ въ *Константинополь*, гдѣ будучи онъ сурово принятъ отъ *Каймакама*, окончилъ жизнь свою

(*) То есть, былъ *Ворникулъ де Чара де Діосъ*, вторый по Логоѳетѣ.

(**) *Кафтанъ*, то есть, верхнее платье, а *Хиле* длинная епанча сверьхъ онаго вздѣваемая. Турки три рода имѣютъ одѣяній, означающихъ достоинство. Одно самое богатѣйшее дается только Визирю и трехъ бунчужнымъ Пашамъ: второе по имени *Алай* надѣваютъ на прочихъ Пашей, а третье на людей, нижные чины имѣющихъ.

A. C. 1684. acceptus, in custodia e polypo in faucibus decessit. *Constantinus* vero Princeps ab Sultano confirmatus, honoris insignia, quae dari solent, accepit: *caudam equinam* (*), *vexillum* (**), *cucam*. Cum facultatem adeundi Principatus peteret, Sultanus ostendit, dare se non posse, priusquam alterum e filiis atque sex alios Baronum liberos obsides tradat: aliter Aulam tot Principum defectione exacerbatam fidere *Moldavis* non posse. Tantam invidiam et molestiam nequidquam deprecans *Constantinus*, ANTIOCHVM filium maiorem, quindecim annos natum, et nobilissimos adolescentes alios *Constantinopolin* misit. Ita a Seraskiero dimissus est.

Vt *Galatium* venit, Barones aliosque ob saevitiam *Demetrii* Principis exules e *Polonia*, *Transilvania*, caeterisque regionibus edicto revocat, praecipue autem eos, qui cum *Petrezeico* Principe pulsi fuerant. Advolarunt magno numero: omnes suo vnicuique patrimonio restituto, officiis et dignitatibus admoti. Haud mul-

(*) توغ *Tug* Cauda equi ab alta hasta suspensa.

(**) سانكياق *Sangiak*, vexillum e serico satis longum et altum, ad formam vexilli quod *Mahometis* dicunt. Sed de his signis et de *Cuca*, vide quae *Demetrius* Princeps in hist. Turcicae commentariis dixit.

свою в темницѣ отъ приключившейся въ гортани болѣзни. Султанъ утвердивъ *Константина* въ Княжескомъ званіи, посылаетъ къ нему обыкновенныя сего достоинства знаки, то есть: Бунчукъ (*), Санджакъ (**) и Куку. Когда *Князь Константинъ* просилъ позволенія отправиться въ свое Господарство, то получилъ отъ Султана отзывъ: что онъ не прежде на сіе согласится, пока не присланы будутъ въ залогъ одинъ изъ его сыновей, да шестеро изъ Боярскихъ дѣтей: для того, что Порта огорченная измѣною толь многихъ Господарей не довѣряетъ больше Молдавцамъ. *Князь Константинъ* будучи не въ состояніи таковой ненависти и досады никакими избыть прозьбами, пятнатцатилѣтняго большаго своего сына АНТІОХА, а съ нимъ и другихъ знатныхъ Юношей въ *Консинтинтополь* отправилъ; а потомъ и самъ отъ Сераскера отпущенъ былъ.

По прибытіи своемъ въ *Галацъ*, изданнымъ манифестомъ вызываетъ онъ изъ Польши, Трансильваніи и изъ другихъ областей Бояръ и всякаго званія людей разсѣявшихся отъ жестокости *Князя Димитрія*, наипаче же тѣхъ, кои съ Господаремъ *Петречейхомъ* были изгнаны. Съѣзжаются въ великомъ множествѣ: всѣ и каждой получаетъ наслѣдственное свое достояніе, чины и должности. Въ

 то

(*) *Бунчукомъ* называется лошадиной хвостъ въ верху на копье повѣшенный.

(**) Симъ означается знамя шолковое длинное и широкое, сообразное такъ называемому Магометову знамю. Но о сихъ знакахъ и о Кукѣ *Князь Димитрій* въ Комментаріяхъ на Турецкую Исторію пространнѣе написалъ

multum à solitudine discrepabat *Moldavia*: crebris Polonorum, Tatarorum Cosacorumque impressionibus adflicta, neque multo minus intestinis turbis iacebat: *Iassiis* sola Regia et quaedam monasteria relicta erant. Aedes aliae combustae: cives inde alia in loca alii diffugerant. Harum rerum prima cura fuit, vt habitatoribus *Moldavia*, civibus vrbes frequentarentur: altera deinde militiae, quam non modo legebat et armabat, sed etiam in ordinibus distributam exercendo faciebat meliorem. Deinde populatores eo milite aggressus provinciam pacavit. Inter eos Barones qui in *Poloniam* fugerant, *Myron* erat, magnus Legothera *Duca* Principatum tenente. Is donec omnia, quae in *Poloniam* secum asportaverat, absumpta fuerunt, vt extrema pecunia premeretur, aut *Ducae* aut *Petrezeici* opibus fidebat: *Ducae*, quocum eadem fortuna erat vsus, si forte aut praelio, aut aliquo alio modo libertatem consequeretur: *Petrezeici*, si reduceretur per *Polonos*: alterutrius favore aut gradum tenere, aut altius tolli se posse existimabat. *Ducas* non ita multo post defunctus est, quam *Demetrius Contacuzenus* ad Principatum pervenit. *Constantinum* Principem *Myron*, quod, vt supra a nobis relatum est, parum aequus in eum fuerat, formidabat: vnius *Petrezeici* spe nitebatur.

Eo

то время *Молдавія* будучи частыми отъ Поляковъ, Татаръ и Казаковъ набѣгами не меньше какъ и междоусобіемъ опустошена, не инако какъ пустынею казалась такъ, что въ *Ясахъ* одинъ только дворецъ и нѣсколько Монастырей осталось, прочія же домы выжжены, а жители по разнымъ мѣстамъ разсѣялись. Итакъ первое Господаря попеченіе было о размноженіи въ *Молдавіи* жителей и о населеніи городовъ гражданами; второе о войскѣ, которое не только собралъ и снарядилъ, но и раздѣливъ на полки, посредствомъ ученія, содѣлалъ наилучшимъ; на конецъ ополчившись съ симъ войскомъ противу грабителей, доставилъ своему Княжеству спокойствіе. Между бѣжавшими въ Польшу Боярами въ правленіе *Дуки* находился и *Миронъ* великій Логоѳетъ. Сей, пока еще привезенное съ собою въ *Польшу* имѣніе не все издержалъ, въ случаѣ крайняго въ деньгахъ недостатка на богатство *Дуки*, или *Петречейка* надѣялся. На *Дукопо* потому, что по доставленіи себѣ чрезъ войну или другимъ какимъ либо способомъ вольности, въ одинаковомъ съ нимъ думалъ быть состояніи; а на *Петречейкоио* для того, что чаялъ будто Поляки могутъ ему прежній доставить чинъ; на обоихъ же къ себѣ благосклонность полагался потому, что ласкалъ себя или удержать прежнее или взойти на вышшее достоинство. Но какъ *Дука* вскорѣ по полученіи *Димитріемъ Кантакузинымъ* Господарскаго достоинства умеръ, то *Миронъ* почитая *Князя Константина* (какъ выше сказано) себѣ недоброхотомъ, весьма его опасался, и потому на одного только *Петречейка* всю возлагалъ надежду. Когда

 же

Eo quoque mortuo, *Moldavi* omnes, qui ſub *Polonicis* ſignis militaverant, primum ſtipendii partem amittunt, mox exauctorantur: eo *Myron* ad extremam inopiam redigi ſe ſentiens, de gratia ineunda apud *Conſtantinum* Principem cogitare caepit. Igitur cum fratrem minorem ducatu copiarum (*) auctum intelligeret, litteras ad Principem dedit veniamque petiit. Erant *Conſtantino* multae aliae virtutes, clementia vero proprie tributa, qua cum ſaepe alii, tum hic ipſe *Myron* poſtea eſt abuſus. Impetrato, quod cupiebat, in *Moldaviam* rediit. *Conſtantinus* autem non modo honorifice eum accepit, et rebus neceſſariis donavit, ſed etiam filias elocavit ampla cum dote: filium maiorem *Herolaum* ſecretis, minorem Serderatui admovit, tertio etiam Aprodorum praefecturam (**) tradidit et filiam deſpondit.

Eodem anno, quo ad Principatum pervenerat *Conſtantinus*, Auguſto menſe *Ioannes* Rex Poloniae, vbi hoſtes receſſiſſe ſenſit, *Quanzam* arcem e regione *Chocimi*, duabus a *Caminieco* horis ex improviſo adortus cepit. Inde proximo anno *Tyra* ponte iuncto copias in *Moldaviam* traducturus erat. Hoc nuncio Seraskierus *Polonis* cum exercitu occurrit, *Tyra* tra-

(*) *Hetmani* officio.
(**) *Stolnik magnus* dicitur Moldavis.

же и сей умерЪ, а *Молдавцы* служившіе подЪ знаменами *Польскими* сперва лишились всѣ нѣкоторой части своего жалованья, потомЪ вскорѣ и со всѣмЪ отрѣшены были отЪ службы: то *МироиЪ*, видя уже себя вЪ крайнее пришедша убожество, началЪ помышлять, какимЪ бы образомЪ исходатайствовать у *Князя Константина* милость. Того ради услышавЪ, что меньшой его братЪ пожалованЪ ГетманомЪ надЪ войсками, отправилЪ кЪ Господарю письмо, и просилЪ у него прощенія. *Князь КонстантинЪ*, будучи одаренЪ многими добродѣтелями, паче же свойственнымЪ ему милосердіемЪ, которое какЪ многіе другіе, такЪ и сей *МироиЪ* непреминулЪ наконецЪ во зло употребить, и удовольствовавЪ его вЪ желаемомЪ, позволилЪ ему возвратиться вЪ *Молдавію*, гдѣ не только принялЪ его сЪ честію, и снабдилЪ всѣми потребными вещами, но и дочерей его пристроилЪ кЪ мѣстамЪ сЪ довольнымЪ приданымЪ. СверхЪ того большаго его сына *Георгія* произвелЪ вЪ Секретари, средняго вЪ Сердари, а третьяго ВеликимЪ СтольникомЪ, за коего и дочь свою обручилЪ.

ВЪ первый годЪ Княженія *Константинова* Польскій Король *ЯнЪ Собѣскій* услышавЪ, что *Турки* отступили, нечаянно напалЪ вЪ Августѣ мѣсяцѣ на замокЪ *Кианзу*, на супротивЪ *Хотина* вЪ разстояніи двухЪ часовЪ отЪ *Каменца* находящійся, и онымЪ овладѣлЪ. Оттуда готовился уже на слѣдующій годЪ по наведенному чрезЪ *ДнѣстрЪ* мосту отправить армію вЪ *Молдавію*, какЪ вдругЪ извѣстясь о семЪ СераскерЪ поспѣшилЪ сЪ войскомЪ своимЪ на встрѣчу *Полякамъ*, и переправившись чрезЪ

traiecto Regem opprimit et castris exuit. Hanc cladem vt *Turcis* rependeret *Ioannes*, tota hyeme variis artibus *Constantinum* Principem adoriebatur per litteras et internuncios, multis policitationibus et terroribus ad defectionem sollicitabat. *Constantinus* vt cupide favebat Christianorum fortunae, ita e contrario videbat monebatque Regem, „ defectione sua plus detrimenti, quam vtilitatis in rem Christianam
„ redundaturum: nam et filium et nobilissimos
„ adolescentes obsides teneri *Constantinopoli*: vt
„ ipse paternae pietatis sensu non ducatur,
„ tamen caeteris, qui multum in republica possint,
„ rem acerbissimam fore, liberos suos relin-
„ quere vel excruciandos vel necandos: itaque
„ quod in se vno suo cum incommodo et
„ cum clade domus suae adiumentum *Polonis*
„ obventurum sit: contra ea, nisi res ipse suas
„ evertat, officiis se occultis et consilio longe
„ magis accomodare nomini Polonico posse, cui
„ optime velit „. Nihil tamen profecit docendo monendoque: Rex enim tali responso offensus *Potoscium* et *Iablonovium* Duces prima aestate impressionem in *Moldaviam* facere iubet. Fuere, qui id agi certiorem facerent *Constantinum*. Is litteris ad Duces datis, monet:
„ vt rebus suis rectius consulant, *Camenie cum*
„ potius expugnent, quo a *Tyra* receptus sit

„ si

Днѣстръ напалъ на Короля, и отнялъ его весь обозъ. *Янъ Собѣскій* стараясь отомстить *Туркамъ* за сіе пораженіе, цѣлую зиму разными способами *Князя Константина* и чрезъ письма и чрезъ гонцовъ, и обѣщаніями и угрозами прекланялъ къ измѣнѣ. Но *Князь Константинъ* сколько усердствовалъ благосостоянію Христіанъ, столько напротивъ того какъ самъ понималъ, такъ и совѣтовалъ Королю: „ что его измѣна больше вреда нежели пользы „ принесетъ Христіанамъ. Ибо когда сынъ его „ и знатнѣйшіе благородные юноши въ аманатахъ содержатся въ *Константинополѣ*: то „ хотя бы онъ и не ощущалъ въ себѣ столько родительской горячности, но другіе знаменитые и сильные въ обществѣ люди не „ почтутъ ли за крайнѣйшее огорченіе допустить, что бы ихъ дѣти или размучены, „ или убиты были. И такъ каковую онъ одинъ „ съ собственною своею гибелію и пораженіемъ „ своего дома принесетъ *Полякамъ* помощь? „ На противъ того, безъ нанесенія себѣ вреда, „ скрытною услугою и совѣтами гораздо больше можетъ онъ помочь *Полякамъ*, коимъ и „ желаетъ всякаго блага. „ Однако и совѣты и увѣщаніе Княжое ни мало не успѣло. Ибо Король огорчась симъ отвѣтомъ повелѣваетъ Гетманамъ *Потоцкому* и *Яблоновскому* въ началѣ лѣта чинить на *Молдавію* нападеніе. О таковомъ ихъ предпріятіи извѣстясь *Князь Константинъ* посылаетъ къ помянутымъ Гетманамъ письма, совѣтуя „ дабы они лучше „ пеклись о своемъ благоденствіи, а притомъ „ старались бы прежде отобрать у Турковъ „ *Каменецъ*, въ коемъ могли бы въ опасное

 „ время

„ si quid secius accidat: ne victoriae quidem „ fructam fore, si a tergo firmissimum castel„lum ab hoste teneatur: vbi vero obfirmatis „ animis *Tyram* transeant, arma opponendi ne„ cessitatem sibi imponi, ne, si quid moretur, „ totam Provinciam barbarorum furori, se ipsum „ rerum omnium extremo obiiciat discrimini„. Duces in sententia persistebant, obsidionem *Caminieci* difficilem esse rati, victoria parta praesidium sponte sua discessurum, suas autem copias tantas tamque exercitatas esse, vt totius imperii Turcici vires hoc milite sustineri queant: hortari deinde, *vt Polonorum clementiam experiri malit quam virtutem*. Itaque cum sexaginta millibus suorum fluuium traiiciunt et ad *Poratam* proxime pagum *Goianum* castra metantur.

Solimanus Seraskierus adversus illum hostem cum quinque et viginti millibus suorum sese obiicit, *Selimus Geraius Chanus* cum quinquaginta. Expectabant tamen *Valachica* auxilia atque *Moldavica*. Et *Serbanus* quidem tempus trahebat, *Constantinus* autem cum quinque millibus eo ipso die advenit, quo castra posuerant. Mittitur Principi obviam *Aga*, qui eum vbi

„ время отъ *Днѣстра* поворотивъ укрыться, „ и вѣдали бы, что и самая ихъ побѣда останется тщетна, есть ли они за спиною въ „ крѣпчайшемъ замкѣ будутъ имѣть неприятеля. А есть ли они упорно предприняли переходить *Днѣстръ*, что знали бы и то, что „ онъ принужденъ будетъ противу ихъ ополчиться, дабы въ случаѣ какой либо отъ него „ медленности, Княжество все не подвергнуть „ варварскому Турковъ свирѣпству, а себя самого конечному не предать разоренію„. Однако Польскіе Гетманы твердо въ своемъ пребывая мнѣніи ответствуютъ *Князю Кантемиру*: что въ облеженіи *Каменца* находятъ они великую трудность; что по полученіи побѣды оборонительныя Турецкія войска и по неволѣ отступятъ; что армія Польская толь сильна и искусна, что и силамъ всей Турецкой Імперіи противустать можетъ; и что наконецъ совѣтуютъ они *лучше прежде изпѣдать Поляковъ снисхожденіе, нежели храбрость*. Въ слѣдствіе сего переправясь *Поляки* чрезъ *Днѣстръ* съ шестьюдесятьми тысячами войска, располагаютъ свой обозъ у рѣки *Прута* близъ села *Гояна*.

Солиманъ Сераскеръ во ожиданіи вспомогательныхъ *Волошскаго* и *Молдавскаго* корпусовъ выступаетъ противу Поляковъ съ двадцатью пятью, а *Селимъ Гирей Ханъ* съ пятьюдесятью тысячами. *Сербанъ* Волошской Господарь отъ времени до времени отлагалъ свои дѣла: но *Князь Константинъ* въ тотъ же самый день, какъ Сераскеръ расположился лагеремъ, прибылъ къ нему съ пятью тысячами. Посланъ былъ къ *Князю Кантемиру* на встрѣчу *Ага*

vbi locum castris ceperit, in concilium acciret de bello gerendo, nihil enim eo inconsulto decernere statuisse Seraskierum. Deliberatum est in concilio hostem ne expectarent, an e vestigio invaderent ipsi. *Constantinus*: *nisi*, *quanta vis Polonorum sit*, *quae Ducum auctoritas*, *quo eorum consilia vergant*, *caetera omnia explorentur*, *nihil sibi videri movendum*: *rationem enim oportere sequi*, *non incertam fortunae aleam subire*. Haec eo consilio pro sententia dixit, vt, *Polono*, de summo rei discrimine per fidum hominem monendi spatio interiecto, tot Christianorum internecionem depelleret. Et promittebat etiam: *eductturum se quidem in acie militem*, *nihil autem moturum*: *itaque castra Moldava ad occidentalem ripam Tyrae vitarent*, *Turcasque et Tataros securi ab ista parte invaderent*. At *Poloni* diversa sententia primum *Cosacorum* aliquot millia suo intermisto milite, adversum castra *Moldavica*, quae vnius horae intervallo a *Turcicis* aberant, ire iubent. *Constantinus*, cognito se peti quindecim cohortes e castris educit, vt *Poloni* cruce in vexillis conspecta, errorem sentirent. Vbi non modo non averti videt, sed etiam summa ferocia invehi, omnes cohortes arma capere iubet, *Polonos*que

et

съ тѣмъ, дабы онъ по занятiи мѣста подъ лагерь свой, поспѣшалъ на совѣтъ, касательно произведенiя войны; ибо Сераскеръ безъ его согласiя положилъ ничего не предпринимать. Въ совѣтѣ ономъ разсуждаемо было, ожидать ли непрiятеля, или самимъ немедленно на него напасть. *Не должно ничего предпринимать* говоритъ Князь Константинъ, *не развѣдавъ прежде о числѣ Польской армiи, о храбрости полководцевъ, о ихъ намѣренiи и о прочихъ обстоятельствахъ. Ибо лучше слѣдовать здравому разсудку, нежели подвергаться слѣпому случаю.* Мнѣнiе сiе предложилъ онъ съ тѣмъ намѣренiемъ, дабы между тѣмъ имѣть случай чрезъ вѣрнаго человѣка, предварить *Поляковъ* о предстоящей имъ великой опасности, и тѣмъ отвратить толикую Христiанъ гибель, обѣщая притомъ вывесть только въ строй свое войско, но ничего не дѣйствовать, и увѣдомляя ихъ, что бы они къ расположившемуся на западномъ берегу *Днѣстра* Молдавскому обозу не подходили, но съ сей стороны на *Турокъ* и *Татаръ* нападали бы безбоязненно. Но *Поляки* на противъ того, присоединивъ къ своимъ войскамъ нѣсколько тысячь *Казаковъ*, прежде всего повелѣваютъ ударить на *Молдавской* обозъ, въ семи верстахъ отъ *Турецкаго* находившiйся. *Князь Константинъ* видя, что *Поляки* прямо на него устремляются, выводитъ изъ лагеря пятнатцать ротъ, дабы они усмотрѣвъ на знаменахъ крестъ познали свою ошибку: усматривая же, что они не токмо не отступаютъ, но еще съ ужасною нападаютъ на *Молдавцевъ* свирѣпостiю, повелѣваетъ всему своему войску

вступ-

et *Cosacos* effuse palantes et nullo dimicantes ordine invadit. Tumultus ille *Turcas Tataros*que ad opem ferendam e castris excivit. Cum *Moldavos* victores perculsis instare vident, ipsi directa acie castra *Polonica* ab aversa parte adoriuntur. Caesa sunt in medio quinque millia *Polonorum*, sex *Cosacorum* abiectis armis sese tradiderunt: capta etiam a *Turcis* castra. Igitur *Poloni*, ne a *Tataris* clauderentur, et castris relictis et impedimentis fuga salutem quaerunt.

Victis *Polonis*, Seraskierus vt fortissimum Principem sibi devinciret, omnem rei gestae gloriam in eum solum confert, litterisque ad Sultanum et Vesirium datis magnifice praedicat. Litterae illae tabellario Principis traduntur perferendae. Is vbi sexto die *Constantinopolin* venit, Vesirius laetus rei successu et litteras et *Moldavum* cursorem illico ad Sultanum ducit. Recitatis litteris, Sultanus totius proelii rationem exquirit: tandem, *quis ille*, inquit, *Cantemirus Moldaviae Princeps est? Ille ne, qui ad Camenieceum exercitus ductor fuit?* Ad haec *Iusuph Aga*, summus Eunuchorum praefectus (*) qui tum secundo in gradu (**) constitutus, ad

Tyram

(*) *Kyslar Agasi.*

(**) *Haznadarbaszi.*

вступитъ въ оружіе, и нападаетъ на *Поляковъ* и *Козаковъ* повсюду разсыпавшихся и безъ всякаго порядка сражающихся. Таковая тревога принудила *Турковъ* и *Татаръ* выттти изъ лагерей на помощь. Они увидѣвъ, что *Молдавцы* побѣжденныхъ уже *Поляковъ* поражаютъ, и сами съ другой стороны прямо устремляются на *Польскій* обозъ. Въ семъ сраженіи пять тысячь *Поляковъ* побито, шесть тысячь *Казаковъ* повергнувъ оружіе добровольно отдали себя въ плѣнъ, лагерь же весь достался *Туркамъ*. Итакъ *Поляки* опасаясь, дабы ихъ *Татары* не захватили, бросивъ обозъ и всѣ тягости спасаются бѣгствомъ.

Сераскеръ по одержаніи надъ *Поляками* побѣды, дабы обязаннымъ себѣ учинить толь храбраго Князя, не токмо всю славу важнаго сего произшествія ему одному восписываетъ; но и въ письмахъ своихъ къ Султану и Визирю отмѣнно его выхваляетъ. А для скорѣйшаго доставленія письма оныя поручаются Княжому гонцу, который въ шестый день пріѣзжаетъ въ *Константинополь*. Визирь обрадованный толь хорошими успѣхами, тотъ же самой часъ сего Молдавскаго вѣстника съ письмами представляетъ Султану. Сей по прочтеніи писемъ, распросивъ о точномъ происходившаго сраженія порядкѣ, вопрошаетъ: *кто таковъ Кантемиръ Молдавскій Князь? не онъ ли нашей арміи къ Каменцу Подольскому былъ путеводителемъ?* На сіе *Юсуфъ Ага* главный надъ Евнухами (*), бывшій прежде верховнымъ при Сералѣ казначеемъ (**) (коего *Князь*

(*) Кызларъ Агаси.

(**) Хазнадаръ - Баша.

Tyram cum Gynaecaeo defensus fuerat a *Cantemiro*: *ille vero est*, inquit, *qui etiam parva cum manu septem millia Polonorum ad Tyram sustinuit, ne concubinae tuae hostium in potestatem venirent: homo illa virtute, ut vix ei comparandus sit alius*; *et* (quod Turcae fere, cum Christianum laudant, adiicere solent) *dolere se*, ait, *talem virum a religione Dei alienum esse.* Sultanus vero: *nihil prohibet, quin gratia mea et clementia perfruatur; de religione Deo permittenda res est: me vivo Principatum ei abrogari non patiar.* T a b e l l a r i u s veste et toga induitur, et in palatium *Moldavicum* deducitur ad *Antiochum Constantini* filium; quod honori ei datum est. Mittuntur deinde mandata ad Seraskierum, vt dignitatem *Constantini* Principis curae sibi esse sciat.

Haec *Constantini* gloria *Serbanum* Valachiae Principem haud leviter pupugit. Is iam inde a principio *Turcarum* odio novis rebus studebat. Eo fine *Georgium Cantacuzenum* fratrem *Vindobonam* miserat legatum: cum IOANNE autem et PETRO *Russiae* Czaris arctissimum foedus inierat, vsus eo in negotio Archimandrita Bosnensi, qui *Ainegi Solimani* Seraskieri avun-

Князь Кантемиръ со всѣмъ Султанскимъ Сералемъ близъ *Днѣстра* отъ непріятельскаго защитилъ нападенія) отвѣтствовалъ: *точно тотъ самой, который притомъ съ малымъ числомъ войска удержалъ близъ Днѣстра семь тысячь Поляковъ, и не допустилъ Государь! твоихъ наложницъ въ плѣнъ непріятелямъ; словомъ, человѣкъ столь храбрый, что едвали ему и есть кто подобный; и что* (сіе всѣ почти Турки обыкновенно прибавляютъ, когда выхваляютъ Христіанина) *жаль только того, что такой мужъ чуждъ нашего закона — Сіе*, въ отвѣтъ Султанъ сказалъ, *не препятствуетъ ему пользоваться моею милостію и щедротою; судить же о Богопочитаніи есть дѣло Божіе; а пока я живъ, не допущу, чтобы онъ когда либо лишенъ былъ Княжескаго достоинства.* Сказавъ сіе, повелѣваетъ на вѣстника надѣть кафтанъ, и отвесть его къ *Антіоху* Князю *Константинову* сыну на подворье Молдавское, въ знакъ чести отъ Султана ему пожалованное. Наконецъ посылается къ Сераскеру повелѣніе, дабы онъ особливое имѣлъ попеченіе о достоинствѣ *Князя Константина.*

На сію *Константинову* славу съ немалымъ взиралъ прискорбіемъ *Сербанъ* Волошскій Господарь, который давно уже питая ненависть къ *Туркамъ*, помышлялъ о новомъ возмущеніи: чего ради и *Юрія Кантакузина* своего брата посылалъ Посломъ въ *Вѣну*, а съ Россійскими Государями ЦАРЕМЪ ІОАННОМЪ и ЦАРЕМЪ ПЕТРОМЪ тѣснѣйшій заключилъ союзъ чрезъ Бошняцкаго Архимандрита дядю Сераскера *Айнеги Солимана.* По изгнаніи изъ

всѣхъ

avunculus fuit. Expulſis tota Europa *Turcis* *Serbanus* Imperatoria domo *Cantacuzenorum* ortus, imperii *Graeci* per *Ruſſos* reſtituendi ſpem conceperat. Exercitum *Servorum*, *Slavorum* et *Chrovatorum* ad viginti quatvor millia lauto ſtipendio conſcriptum in ſylvis et montibus alebat: tormenta bellica ex aere fuderat quinque et triginta: nihil aliud quam gerendae rei occaſionem circumſpiciebat. Nec fugiebant ea conſilia *Turcas*; at laceſſere tam potentem Principem non auſi, quam diu quieſcebat, diſſimularunt. Evocatus contra *Polonos* ad *Potatam* lento duxit gradu, donec in *Moldavia* debellatum eſſe accepit. Vno lapide a *Iaſſiis* ad *Zetazuiam* monaſterium DEMETRIVM, *Conſtantini* Principis filium obvium cum aliquot Baronibus habuit. Hic ille, occurrere ſibi *Demetrium* videns, de equo deſcendit, milites gradum ſiſtere iubet, ipſe puerum complexus, tribus horis ante ſe accepiſſe refert, *Polonicum* exercitum victum et *Conſtantini* Patris fortitudinem ſummis laudibus extolli; blandiens deinde puero; *reliquias Polonici militis tuae virtuti ſervari puto, Demetri! in te enim patris indolem cernere mihi videor: ſi quid auguror, quia alterutri Conſtantini filiorum filiam meam ante*

Prin-

всей Европы Турковъ, *Сербанъ* произшедшій отъ Императорскаго поколѣнія *Кантакузиновъ* надѣялся помощію *Россіи* возстановить *Греческую* Монархію. Для сего войска изъ *Сербовъ*, *Славянъ* и *Хорватовъ* великимъ иждивеніемъ собраннаго около двадцати четырехъ тысячь содержалъ въ лѣсахъ и горахъ, вылилъ тринцать четыре мѣдныя пушки, и ни очемъ больше не помышлялъ кромѣ случая къ начатію войны. Сіи умыслы хотя и не совсѣмъ закрыты были отъ *Турковъ*, однако они не дерзая раздражать толь сильнаго Господаря, притворялись, покамѣсть усматривывали, что онъ былъ во всемъ спокоенъ. Но будучи вызванъ противу *Поляковъ*, до тѣхъ поръ медленно онъ шелъ къ рѣкѣ *Пруту*, пока не получилъ извѣстія, что уже въ *Молдавіи* война окончена. За версту отъ *Ясъ* близъ *Экказуйскаго* монастыря встрѣтился съ нимъ ДИМИТРІЙ Князь *Константиновъ* сынъ съ нѣсколькими Боярами. Сего приближающагося къ себѣ юношу увидя, слѣзаетъ онъ съ лошади, повелѣваетъ воинамъ становиться въ строй, а самъ обнявъ его увѣряетъ: что за три часа до его пріѣзда извѣстился онъ, что Поляки побѣждены, и что храбрость отца его *Князя Константина* превозносима была отмѣнными похвалами. Потомъ ласкаясь къ нему: *Димитрій!* говоритъ, *я думаю что и остатокъ Польскаго войска со временемъ жертвою будетъ твоея храбрости. Ибо великое нахожу въ тебѣ подобіе отца твоего, ежели я въ предусматриваніи будущаго не ошибаюсь; и какъ я до полученія еще твоимъ отцемъ Княжества вручилъ свою дочь одному изъ двухъ*

 его

Principatum patris despondi, tu mihi gener eris Demetri. Equum deinde conscendit, *Demetrium*que quamvis renuentem a dextris accipit, et per vrbem profectus aversa porta in collem sub monasterio *Aronis* Principis castra ponit; tertio post die in *Valachiam* rediit.

Constantinus Princeps ab expeditione contra *Polonos Iassios* pervenit, inde iam summo studio eam in curam incumbens, vt rebus suis tranquillitatem conciliaret. Extemplo enim litteras ad *Polonicarum* copiarum Ducem misit, quibus ab eo contendit: vt milites suos *Cosacos*que ab excursionibus contineret: se enim, quem ceperit, in eum tanquam latronem animadvertere decrevisse. Nihilominus frequentes querelae ad Principem perferebantur, passim vias obsideri, villas expilari et monasteria, nobiles homines et Hegumenos captos tormentis subiici, vt opes occultatas prodant. Qua propter per omnem Provinciam missis militibus, praedones veluti indagine quaeruntur: victi captique sudibus traiecti, aut capite mulctati, aut suspensi: non nulli, qui sacras imagines avro, argento gemmisve spoliaverant, vivi igne cremati sunt. Omnes praedones longe superabat et audacia et atrocitate scelerum *Burla* quidam, homo *Moldavus*, qui cum octoginta

Po-

его сынопей, *то и хочу*, *чтобъ ты былъ моимъ зятемъ*. Сказавъ сіе, садится паки на лошадь, и *Димитрія* противъ воли его, проситъ ѣхать съ собою по правую сторону, а пріѣхавъ въ городъ, поворачиваетъ отъ воротъ къ находящемуся подъ горою монастырю С. *Аарона*, гдѣ Княжеской свой располагаетъ станъ, и пробывъ тутъ три дни, отправляется въ *Валахію*.

Возвратясь *Князь Константинъ* изъ походу противу *Поляковъ* въ *Ясы*, всевозможное употреблять началъ стараніе о доставленіи домашнимъ своимъ дѣламъ спокойствія. И для того немедленно отправилъ къ *Польскому* Гетману письмо требовательное: дабы онъ своихъ салдатъ и Казаковъ удерживалъ отъ набѣговъ; обѣщая въ противномъ случаѣ съ поиманными не инако, какъ съ разбойниками поступать. Со всѣмъ тѣмъ не переставали частыя доходить до него Князя жалобы, что *Поляки* по дорогамъ засѣдаютъ, что деревни и монастыри грабятъ, и что захвативъ въ полонъ знатныхъ людей и Ігуменовъ, всячески мучатъ, домагаясь отъ нихъ сокрытаго ими имѣнія. Въ слѣдствіе сего разсылаются по всей Провинціи военные отряды для изыскиванія, гдѣ только можно, грабителей, изъ коихъ поиманные иныи были до смерти перебиты, другіи воткнуты на колья, инимъ отрублены головы, другіи повѣшены, обдиравшія же съ святыхъ іконъ золото, серебро и драгоцѣнные каменья живыи сожжены на огнѣ. Но всѣхъ сихъ грабителей въ продерзости и лютости злодѣяній превосходилъ нѣкто *Бурла*, родомъ *Молдавецъ*. Сей съ восьмьюдесятью *Поляковъ*

*Polonis Cosacis*que suburbanum monasterium *Zecazuiam* intempesta nocte invasit, scalisque muro admotis portas quoque vectibus et arietibus percussit. Monachi et murum defendebant et aera campana pulsantes signum dabant vicinae vrbi, quando in discrimine res essent. Princeps custodes corporis auxilio ire iussit, quorum sub adventu praedones sese in sylvas receperunt. Primo diluculo maiores copiae submissae, per saltus omnes viasque fugitivos indagant; capti omnes et supplicio affecti. *Burla* in conspectum Principis adductus, quaerente eo: quid ita, cum *Moldavus* esset ipse, non potius stipendium accipere maluerit, et signa pro aris et focis patriae sequi, quam latronum Ducem se praebere? nullo pavoris signo edito respondit: *suae se lubidini obtemperasse, supplicium nullum recusare.* Exordiens deinde a principio cuncta malefacta sua refert *multas caedes, multa alia crudelia: monasteria suo ductu expilata ad quadraginta; non*, inquit, *possunt ista facinora expiari suppliciis, quae mei similes perpessi sunt: non si me vt hunc Euthemium* (fuit is eodem in globo latronum captus) *igne comburas, si traiicias palo, quid dicam si suspendas aut capite trunces: malim equidem sic poenas luere, vt me excruciari etiam atque etiam sentiam:* ita

и Казаковъ напавъ въ темную ночь на *Эхазуйской* монастырь, приставилъ къ стѣнамъ лѣстницы, и ломалъ ворота ломами и таранами. Монахи въ таковой находясь опасности обороняли стѣну, и били во всѣ колокола, подавая тѣмъ знакъ въ близи находящемуся городу. Господарь дабы скорѣйшую осажденнымъ подать помощь, повелѣлъ туда спѣшить своимъ тѣлохранителямъ, коихъ увидя разбойники скрылись по лѣсамъ. Но какъ скоро присланное на самомъ разсвѣтѣ многолюднѣйшее войско по всему лѣсу и дорогамъ пустилось для поиску бѣжавшихъ разбойниковъ, то всѣ переловлены и казнены были смертію. *Бурла* приведенный предъ лице Господаря на вопросъ: для чего онъ будучи Молдавецъ не пожелалъ лучше брать жалованье, и служить въ войскѣ, защищая вѣру и отечество; нежели быть разбойническимъ Атаманомъ? не показавъ ни малѣйшаго знака робости, отвѣтствовалъ: *что онъ слѣдовалъ своей безпутной воли, и для того нынѣ казнимъ себя подвергаетъ.* Потомъ разсказывая съ самаго начала всѣ свои злодѣянія: *много,* говоритъ, *причинилъ я убийствъ и другихъ безчеловѣчій: моимъ походомъ разграблено около сорока монастырей: и всѣ сіи злодѣйствия,* продолжалъ онъ, *не могутъ быть заглажены таковыми наказаніями, каковыя претерпѣли подобные мнѣ: хотя бы меня, какъ Евфимія* (который въ тойже разбойнической шайкѣ пойманъ) *сжечь въ огнѣ, посадить на колъ, не токмо повѣсить, либо отрубить голову, желалъ бы я такихъ казней, кои бы меня, сколь можно больше,*

 застa-

ita animae saluti consuli arbitror! Est enim ita fere persvasum his hominibus, vtcunque quis deliquerit, posse tamen caelestis Numinis misericordiam moveri, tormentis et cruciatibus patienter ferendis. Vti hic, cum ei a Principe data copia supplicii genus eligendi, precatus est, vt securi obtusa ossa bracchiorum atque pedum paullatim per septem dies frangerentur. Quod cum ei datum est, non modo incredibiles lenti supplicii dolores constanter toleravit, sed amissis intra septem dies bracchiis pedibusque, ad se tamen rediit, atque sine fomentis corpus truncatum servavit: inde adeo a *Iassiis Hierosolyma* adrepsit, et ab ea vrbe tertio anno post *Constantinopolin* venit, vbi eum *Demetrius Constantini* Principis filius saepe ad se vocavit.

ad *Constantinum* mittit, tum de criminationibus *Serbani*, tum vt vindictam reposceret. Si *Serbanum* captum in manus sibi tradere possit, eius fore Principatum *Valachiae*, filium obsidem in *Moldavia* patri subrogatum iri. At *Constantinus* ab his in *Serbanum*, veterem amicum, insidiis abhorrebat; Sultano respondit: *non posse se Principem praepotentem capere.*

Haud multo post repentina *Serbani* Principis mors intervenit. Nam posteaquam cum RVTHENO CZARE eum in modum, vt supra relatum est, societatem iniit, de Imperatore Romano sibi conciliando cogitavit. Ergo *Georgium Cantacuzenum* fratrem *Vindobonam* ablegavit, qui negotium isthoc tractaret. Nulli magis tota res displicebat, quam *Constantino Serbani* fratri et *Constantino-Brancovano* sororis filio. Hi communicatis inter se partibus, *Serbanum* adeunt, omnique arte a bello *Valachiae* fatali abstinent. *Serbanus* contra metum illum imbellium hominum interpretari, increpare mollitiem et Christianae pietatis immemores animos: *se aestate proxima non ostensurum defectionem, sed sub ipsa Hadrianopoli positurum castra, eodem ad ducenta millia tum Russos, tum Cosacos adfuturos,*

qui

тайной посылаетъ указъ, какъ увѣдомляющій его *Князя Константина* о *Сербановомъ* на него доносѣ, такъ и повелѣвающій ему за то требовать отмщенія, присовокупивъ къ тому: *что ежели онъ поймавъ Сербана, пришлетъ къ нему въ руки, то произведенъ будетъ Господаремъ Волошскимъ, а имѣющійся въ залогѣ сынъ его заступитъ отцовское въ Молдавіи мѣсто.* Но *Князь Константинъ* отъ сихъ противу *Сербана* стараго своего друга умышляемыхъ злоухищреній отвращаясь, отвѣтствовалъ Султану: *что онъ не можетъ поимать столь сильнаго Господаря.*

Не много спустя времени нечаяннымъ образомъ умеръ Господарь *Сербанъ.* Ибо какъ онъ вступилъ въ союзъ на вышеупомянутыхъ условіяхъ съ РОССІЙСКИМЪ дворомъ, то равнымъ образомъ помышлялъ преклонить на свою сторону и Императора *Римскаго.* Въ слѣдствіе сего отправивъ въ *Вѣну* брата своего *Георгія Кантакузена*, поручилъ ему исполнить оное дѣло. Но таковое предпріятіе никому столько не было противно, какъ *Константину Сербанову* брату и *Константину Бранковану*, его по сестрѣ племяннику. Сіи согласившись между собою приходятъ къ *Сербану*, и всѣми образами отвращаютъ его отъ предпріятой имъ пагубной для *Валахіи* войны. *Сербанъ* напротивъ того укоряя робостію сихъ незаобыкшихъ къ войнѣ людей, и упрекая ихъ въ мягкосердіи и нерадѣніи о благочестіи Христіанскомъ: *я,* говоритъ имъ, *въ слѣдующее лѣто не опасаясь измѣны расположу свой лагерь подъ самымъ Адріанополемъ, куда также изъ Россіанъ и Казаковъ придетъ око-*

qui suo ductu res gerant: si quid humanitus sibi acciderit, malle se sanguinem pro Christiano nomine profundere, quam hac in servitute multos annos voluptatibus pasti. Vt senfere non posse a sententia dimoveri Principem, quae quidem fama obtinuit (*), in convivio domestico venenum dedere.

Constantinus Brancovanus et suis et *Constantini Cantacuzeni* artibus tenuit, vt ab ordinibus quasi invitus eligeretur. Inde ex maximis *Serbani* opibus cumulate largiendo plerosque, qui in aula *Turcica* multum poterant, inprimis *Muftium* et *Kislaragam* et *Ali Silictaragam* atque *Hassanum Passam* corrupit, vt non modo confirmaretur, sed vt etiam *Rami Passa* et *Alexander Maurocordatus* eius infensissimi adversarii caeterorum potentia subnixum non possent a Principatu depellere. *Serbani* coniux *Maria* ipsis in exequiis Principis in monasterium abstrusa, donec *Veteranus* (**) Dux Caesareus manibus *Bra-*

(*) De hac fama etiam *Antonius Maria del Chiaro* Florentinus in hist. Valachica p. 145.

(**) *Heislerum* habet Anton. Mar. Florentinus.

около двухъ сотъ тысячь войска, которое само собою производить будетъ войну: и естьли въ томъ послѣдуетъ какая неудача, то я лучше хочу за вѣру Христіанскую пролить кровь свою, нежели въ семъ рабствѣ роскошно прожить многіе годы. Они видя, что не могутъ Господаря отвратить отъ предпріятаго имъ намѣренія, во время домашняго пированія (такъ о томъ послѣ слухъ (*) пронесся) поднесли ему яду.

Константинъ Бранкованъ, какъ чрезъ свои, такъ и *Константина Кантакузена* умыслы, склонилъ *Волошское* дворянство къ тому, что его аки бы нехотящаго избрали Господаремъ. Потомъ изъ оставшагося послѣ *Сербана* великаго имѣнія одарилъ щедро многихъ бывшихъ при дворѣ *Турецкомъ* въ великой силѣ, а наипаче *Муфтія*, *Кизларагу*, *Али Селихтаръ Агу* и *Гассана Пашу* подкупилъ, дабы ихъ посредствомъ нетокмо утвердиться въ семъ достоинствѣ, но чтобы *Рами Паша* и *Александръ Маврокордатъ* злѣйшіе его непріятели, при подкрѣпленіи прочихъ особъ не могли его свергнуть съ Господарства. *Марія* супруга *Сербанова* въ самое время погребенія своего мужа была сослана въ монастырь, въ которомъ она пребыла до тѣхъ поръ, пока Цесарскій Генералъ *Ветеранъ* (**) осво-

(*) О сей молвѣ и *Антоній Марія дель Кіаро* Флорентинецъ въ *Волошской* Исторіи упоминаетъ на стр. 145. и журналъ Петра I. Часть. II. стр. 292.

(**) *Гейслеромъ* называетъ его въ Истор. *Ант. Мар.* Флорентинецъ. См. журнала Петра I. Часть II. стр. 292.

Brancovani et custodia ereptam in *Transylvaniam* traduxit. Isthic illa non modo multa contra *Brancovanum* struxit, sed etiam cum *Constantino* Principe egit de CASSANDRAE filiae conditione, quam pater *Serbanus* alterutri filiorum *Constantini* desponderat. Sed et immatura erat vtriusque aetas, et quod in hostili ageret *Maria*, *Constantinus* non duxit e re sua filiique esse, super eo negotio quidquam conficere; neque dissimulavit apud *Mariam* metum, pacemque expectandam svasit.

Brancovanus vt ad Principatum ascendit, *Iassios* misit legatos, qui nunciarent *Constantino* Principi: *communibus omnium ordinum suffragiis rerum potitum, ipsis auspiciis suis Valachum nomen ab extrema clade liberasse: nam Serbanum Principem, si tertium in mensem superfuisset, defecturum fuisse nullo commodo suo, summo Provinciae periculo: se fidem aulae Ottomanicae constanter servando pestem a cervicibus civium suorum depulsurum, quare amicitia Principis sese mirifice recreari, vt aetate atque vsu provecti, ita summae in aula Ottomanica auctoritatis fide atque virtute*

sua

освободилъ ее изъ подъ стражи, и отъ рукъ *Бранкопана* исхитивъ отвезъ въ *Трансильванію.* Находясь въ семъ мѣстѣ не токмо она много предпринимала противу *Бранкоана*, но и съ *Княземъ Константиномъ* переписывалась о бракосочетаніи своей дочери КАССАНДРЫ, которую *Серванъ* отецъ ее еще при жизни своей помолвилъ за одного изъ сыновей его *Князя Кантемира.* Но поелику и лѣта обоихъ еще были несовершенны, и *Марія* жила въ области непріятельской, то *Князь Константинъ* почелъ за безполезное какъ для себя, такъ и для сына своего совершить оной бракъ, и не скрывая своего опасенія предъ *Маріею*, совѣтовалъ сей ожидать мира.

Бранкоанъ вступивъ на Господарство, поручилъ отправленнымъ въ *Ясы* къ *Князю Константину* посламъ объявить слѣдующее: *какъ я по единогласному всѣхъ Чиновъ выбору достигнулъ Княжескаго чина, то при самомъ уже вступленіи сохранилъ отъ всеконечнаго пораженія Волоховъ. Ибо ежели бы Князь Серванъ еще хотя три мѣсяца прожилъ, не преминулъ бы учинить измѣны, и себѣ безъ всякой выгоды и всей Валахіи къ общему бѣдствію. Но я свято сохраняя вѣрность къ Оттоманскому двору, потщусь отвращать гибель отъ моихъ гражданъ. И для того за великое поставляю себѣ удовольствіе пользоваться Князь! твоею дружбою какъ для того, что ты достигъ уже престарѣлыхъ лѣтъ, и во всемъ довольно искусенъ, такъ и для того, что ты вѣрностію и храбростію своею великое при дворѣ Оттоманскомъ*

 при-

sua partae: eundem animum cupere civibus suis Moldavisque; qui Principum maluis se colentium officiis esset.

Constantinus Princeps, quanquam et quae in morte *Serbani* acciderant, et in eligendo *Brancovano* Ordinum eam voluntatem non fuisse intelligebat, tamen legatos magnifice accepit respondietque: *cupere se Serbano Principi defuncto vt bene, deinde vt Constantino Principi sua dignitas honori et saluti sit: nihil se commissurum, quominus mutua coniunctio et necessitudo perpetuis officiis confirmetur.*

Non diuturna fuit Principum concordia. *Brancovanus* inimicitias *Cantacuzenorum* cum *Rossetis* sibi quoque exercendas ducens, *Constantini* cam in domum constanti voluntate offendebatur. *Georgius Rossetus* a *Constantinopoli* in *Moldaviam* revocatus pristino in honore erat: *Lascarius Rossetus*, vt res Principis apud aulam ageret, *Constantinopoli* residebat. Itaque *Brancovanus*, quamdiu *Rosseti* a *Constantino* aliquo in loco haberentur, nullam firmam amicitiam secum esse posse iudicavit: praebiturum aures internecinis *Cantacuzenae* domus hostibus; neque quieturos

Ros-

пріобрѣлъ себѣ уваженіе. Я желаю, дабы и мои и твои подданные имѣли такое сердца расположеніе, какое имѣютъ взаимно другъ другу усердствующіе ихъ Господари.

Князь Константинъ хотя и зналъ какъ о бывшихъ при *Сербановой* смерти произшествіяхъ, такъ и о несовершенномъ желаніи Бояръ въ выборѣ его *Бранкована*, однако Пословъ его принявъ великолѣпно отвѣтствовалъ имъ такъ: *умершему Сербану желаю блаженства, а Князю Константину въ новомъ его достоинствѣ и щастія и благополучія. Что же касается до меня, то я не упущу ни единаго случая къ изъявленію ему моихъ услугъ, и къ подкрѣпленію взаимнаго нашего союза и дружества.*

Однако согласіе сихъ двухъ Князей не долговременно было. Ибо *Бранкованъ* поставляя себѣ за долгъ быть участникомъ въ враждѣ *Кантакузеновъ* съ *Россетами*, не доволенъ былъ тѣмъ, что *Князь Константинъ* имѣлъ неизмѣнную къ сей фамиліи любовь. *Георгій Россетъ* по возвращеніи изъ *Константинополя* въ *Молдавію* былъ почтенъ прежнимъ своимъ достоинствомъ. А *Даскарій Россетъ* для отправленія при Портѣ Господарскихъ дѣлъ жилъ въ *Константинополѣ*. Какъ *Бранкованъ* заключилъ, что онъ съ *Княземъ Константиномъ* до тѣхъ поръ не можетъ имѣть твердаго дружества, пока *Россеты* будутъ у него въ нѣкоторомъ уваженіи: то и не хотѣлъ никакова имѣть дѣла съ смертельными непріятелями *Кантакузеновой* фамиліи; да и думалъ притомъ, что какъ *Россеты* не престанутъ

Rossetos, neque se decere eorum opes adolescere. At *Constantinus* Princeps, quem multis officiis, fide autem summa *Rosseti* sibi devinxerant, turpe sibi fore censuit, innocentes homines et in fidem receptos, tum necessarios rebus suis, alterius impotentiae prodere: *quid. sua intersit, quas inimicitias Cantacuzeni Rossetique exerceant? forte etiam occultius quidquam spectare Palatium, ut amotis fidelissimis hominibus, locum eorum segnes atque perfidi apud se teneant; ita canibus a grege depulsis lupo se saeviendi facultatem praebiturum.* Tantummodo *Rossetos* graviter admonuit: ne qua in re, *Brancovano Cantacuzenis*que molesti essent; nisi quiescant, se vindicem fore. Tamen *Brancovanus*, vt *Rossetos* everteret, *Constantino* ipsi insidiari coepit.

Primum occulte *Myronem* et *Myronis* fratrem *Veliscam* tentavit; per eos aliis persvasit similem furorem. *Myron* quanquam non obscurae perfidiae, *Putnensi* tamen agro praeerat. *Veliscae* ademptus erat Ducatus, superioris *Moldaviae* praefectura, quasi honoris caussa erat tributa. Hi *Gavrilici* senis, qui quoad vixit, in fide-

злобствовать, такъ и ему неприлично допускать умножаться ихъ богатству. Но *Князь Константинъ* будучи многими услугами и отмѣнною вѣрностію *Россетовъ* обязанъ, за непристойное почелъ дѣло выдать слабости другаго тѣхъ людей, кои бывъ ни въ чемъ невинны, отдали себя въ его покровительство, и для отправленія его дѣлъ необходимо ему были нужны. *Что мнѣ до того*, размышлялъ въ себѣ Князь Константинъ, *какая бы пражда ни происходила между Кантакузенами и Россетами? Можетъ быть тайные сего Волоха умыслы къ тому стремятся, дабы отдалить вѣрнѣйшихъ людей, поставить на мѣсто ихъ неради́выхъ и вѣроломныхъ; подобно какъ, отгнать отъ стада собакъ подвергнуть овцы свирѣпому волку.* При всемъ томъ не преминулъ *Князь Кантемиръ Россетамъ* дать строгія приказанія: дабы они *Бранкопану* и *Кантакузенамъ* никакихъ не причиняли досадъ: въ противномъ же случаѣ онъ не пропуститъ безъ наказанія. Но *Бранкопанъ* для истребленія *Россетовъ* началъ коварствовать и надъ самимъ *Княземъ Константиномъ*.

Вопервыхъ скрытно искушаетъ *Мирона* и Миронова брата *Величку*, а помощію сихъ подговариваетъ и другихъ къ подобному злоумышленію. *Миронъ* хотя и небезподозрителенъ былъ въ нарушеніи вѣрности: однако начальствовалъ надъ *Путненскимъ* уѣздомъ. *Величку*, по отнятіи у него Гетманства, какъ-бы для чести поручено было правленіе верхней *Молдавіи*. Сій *Гаприлика* престарѣлаго мужа, пребывшаго во всю свою жизнь въ вѣрности и

 усер-

fide et officio manserat, duos filios corruperunt, *Basilium* natu maiorem, supremum *Vornicum* interioris *Moldaviae* et *Lupulum*: nam fratres eorum (*) eadem in coniuratione non fuisse postea cognitum est. Accessere deinceps *Ioannes Myronis* filius, *Nicolao* et *Petro* fratribus exclusis, tum *Antiochus Zora*, *Constantinus Razus*, qui *Basilii* sororem in matrimonio habebat et *Paulus Bunzoranus* Baronum dignitate conspicui, cum multis aliis necessariis, sed alterius conditionis hominibus. Dum suorum factionem cupide augent, tota res Principi patefacta est. *Stephanus Zercassus* stabuli summus magister, inprimis gratiosus apud *Constantinum* Principem erat, homo cum candidus et aequus, tum mira moderatione animi et vrbanitate. Hunc cupiebant suum reddere, vt arcanorum Principis ante alios arbitrum. Die quadam *Basilius* aula exeuntem prensat, et inter caeteros sermones leniter reprehendit, quod sese non invitarit domum suam; inde iocose reliqua: *magnum sibi videri Stephanum, cuius tanta apud Principem esset potestas, sordere. Barones, contemni Gaurilici familiam.* Stephanus modeste se excusare, suam obtendere humilitatem, iacere etiam vicissim quaedam in Barones vrbane dicta,

(*) Alterius nomen non extat: nam vnum eorum *Solomonem* dictum fuisse Demetrius Princeps in comment. de vita patris edidit.

усердіи, двухъ сыновей *Василія* старшаго верховнѣйшаго *Ворника* нижней *Молдавіи* и *Лупула*, на свою сторону склонили: что же касается до братьевъ (*) ихъ, то, какъ послѣ открылось, не были участниками въ семъ заговорѣ. Потомъ присовокупились къ нимъ *Иванъ Мироновъ* сынъ (изключая братьевъ его *Николая* и *Петра*); *Антіохъ Зора*, *Константинъ Раза*, который женатъ былъ на *Василіевой* сестрѣ и *Папель Близора*, знаменитые въ достоинствѣ Бояре съ многими другими своими знакомцами, но совсѣмъ иного состоянія людьми. Въ то самое время, какъ они готовились произвесть мятежъ, Князь все дѣло узналъ. Былъ у *Князя Константина* любимецъ его оберштальмейстеръ *Стефанъ Эркасъ*, мужъ сколько совѣстный и справедливый, столько скромный и обходительный. Сего то они какъ больше всѣхъ свѣдущаго о Княжихъ намѣреніяхъ желали преклонить на свою сторону. Итакъ *Василій* встрѣтясь однажды съ *Стефаномъ* выходящимъ изъ дворца, ласкается къ нему, и между прочими разговорами дѣлаетъ ему учтивый выговоръ за то, что онъ никогда его къ себѣ въ домъ не приглашаетъ. Потомъ навѣстилъ его шутливо: мнѣ кажется, *что ты великій Стефанъ, будучи полновластнымъ у Князя, гнушаешься нами Боярами, и презираешь фамилію Гаприликову*. Стефанъ извинялся предъ нимъ учтиво, изъявлялъ свою благосклонность, отзывался о Боярахъ не инако какъ съ похвалою,

 и

(*) Одного имя неизвѣстно, другаго *Соломономъ* называетъ Князь *Димитрій* въ изданныхъ о жизни отца его Комментаріяхъ.

dicta, tandem et *Basilium* et frates ad prandium invitare, id sibi summo honori futurum. Negat *Basilius* sibi nunc vacare, sub noctem adfuturum ad coenam. Praestituta hora advenit, et ipse vinum largiter haurit et *Stephanum* invitat ad hilaritatem. Inter compotationem obliqua iacere in Principem: *Stephanus* contra dissimulare, et vrbanis acerba condire. Vt a mensa consurrexere, *Basilius* semotis arbitris, *de republica et communi se aliquid habere* ad *Stephanum*, ait, *si iureiurando silentium obstrinxerit.* Iuravit ille, *ex se arcana sua cogniturum neminem, nisi ipsi visum fuerit Basilio.* Exorsus deinde *Basilius* a principio refert: *quantos hostes in se concitaverit Princeps? quibus artibus apud aulam Ottomanicam successor sit quaesitus? rem in discrimine versari: adfuturum mox novum Principem: id se eo fine aperire Stephano, vt suis rebus consulat, ne nimia in eum studia Principis invidiam successoris contrahant* — *Stephanus* indignitate rei commotus negat *tantum periculum celari Principem posse, non id fidem pati, non Principis in Rempublicam et G urilici domum merita.* — *Basilius*

и прося *Василія* съ братьями къ обѣду, увѣрялъ, что онъ поставитъ то себѣ за великую честь. *Василій* извинившись на то время недосугомъ обѣщается быть къ нему въ вечеру къ ужину. Въ слѣдствіе сего въ назначенный часъ приходитъ, и не токмо самъ пьетъ довольно, но и *Стефана* понуждаетъ къ такомужъ веселію. Но какъ между пиршествомъ началъ онъ порицать Князя; то *Стефанъ* напротивъ того скрывая поношеніе, огорчительныя слова растворялъ пріятными. По окончаніи стола *Василій* удалясь отъ товарищей говоритъ *Стефану: я имѣю тебѣ нѣчто предложить о дѣлахъ общественныхъ, ежели только ты обяжешся клятвою, никому о томъ не сказывать. Отъ меня,* говоритъ съ клятвою Стефанъ, *никто не узнаетъ тайны, ежели ты оной самъ кому не откроешь.* Итакъ *Василій* расказываетъ ему съ самаго начала: сколько непріятелей возбудилъ противу себя *Князь Константинъ?* какими онъ вымыслами испросилъ себѣ у Оттоманской Порты преемника? *Дѣла,* продолжаетъ, *находятся въ опасности; скоро прибудетъ новый Господарь. А сіе я тебѣ Стефанъ для того открываю, дабы ты больше зналъ о своемъ благосостояніи, и пользуясь отмѣннымъ къ тебѣ сего Князя благоснисхожденіемъ не навлекъ бы на себя ненависти у его преемника.* — *Стефанъ* огорчась толь недостойнымъ внушеніемъ, отвѣтствуетъ: *что онъ не можетъ отъ Князя скрыть таковой опасности, и что ни вѣрность его, ниже оказанныя Правителемъ Обществу и Гаириликову дому заслуги сего не терпятъ.* — *Василій* усматривая не-

vt sensit, non opportunum factioni *Stephanum*, *joco sese tentasse*, ait, *animum notae vrbanitatis*, *vt perculsum rideret*. — *Nihil a constantia remittere Stephanus*, *seu joco*, *seu serio dicta*, *Principem latere non aequum videri*, *cum de capite eius et fortunis agatur*: *non ista mente se iurasse*, *vt de tanta re se auditurum quidquam putaverit*: *vtriusque interesse*, *vt is cognoscat*, *ne si aliunde rescisçat*, *silentium vtrique vertat in perniciem*. — *Basilius*: *se*, ait, *haud aliter sentire*, *itaque Lupulo Bogdano Spathario*, *genero Principis*, *cum commodum erit*, *referre constituisse*: *vnum metuere*, *ne fratres minores pro aetatis imbecillitate illecti clandestina aliqua consociatione teneantur*: *eorum saluti consulere velle*. E contrario *Stephanus*: *rem neque differri in posterum placere*, *neque aperiri Lupulo*, *nisi se praesente*, *ne cui suspicioni de se locus detur*.

Ergo de nocte ad *Lupulum* ambo pergunt. Excitato e somno *Lupulo* ingressi: primus *Stephanus* orditur: *Basilium sibi retulisse in coena*, *quae eius intersit*, *vt sciat*, *eo adduxisse*, *vt praesens praesenti istius sermonis*

copiam

непреклонна къ мятежу *Стефана*: *я*, говорилъ ему, *шутя хотѣлъ извѣдать извѣстную твоего духа твердость, дабы испужавъ тебя могъ послѣ посмѣяться.* — *Стефанъ* ни мало не смягчаясь отвѣтствуетъ: *въ шутку ли или въ правду тобою сказанное таить отъ Князя я почитаю за грѣхъ; а особливо, когда идетъ дѣло о жизни и о имѣніи его. Не въ томъ разумѣ я тебѣ клялся молчать, чтобъ когдалибо могъ подумать, что услышу отъ тебя о толь важномъ дѣлѣ. Долгъ сей есть обоихъ насъ предварить его о семъ; дабы, ежели онъ отъ другаго кого свѣдаетъ, сія скромность не обратилась обоимъ намъ въ погибель.* — *И я*, продолжаетъ Василій, *тожъ самое думаю, и для того въ благопристойное время намѣренъ я сіе открыть Лупулу Богданову Спатарію Княжому зятю; одного только опасаюсь, дабы меньшіе мои братья по молодости лѣтъ своихъ не вступили въ какое нибудь тайное сообщеніе; итакъ хочется мнѣ ихъ предостеречь.* — *А я напротивъ того*, говоритъ Стефанъ, *не согласенъ ни на то, чтобы объявленіе о семъ отлагаемо было до другаго времени, ниже на то, чтобы оно открыто было Лупулу безъ меня, дабы симъ способомъ избѣжать мнѣ всякаго подозрѣнія.*

Въ слѣдствіе сего оба идутъ ночью къ *Лупулу*, коего приказавъ разбудить входятъ. Первый *Стефанъ* начинаетъ говорить: *во время ужина объявилъ мнѣ Василій то, что тебѣ вѣдать должно. Онъ подалъ мнѣ причину пересказать тебѣ самолично о томъ,*

что

copiam faceret. Eadem deinde *Lupulo*, quae *Stephano* ante, *Basilius* nunciat; summo mane ad Principem a *Lupulo* deductus rem omnem et *Brancovani* Principis artes aperuit. Princeps Deo vltori se rem permittere interserens, vtrumque iuramento adstringit, ne hunc sermonem indiciumque factum efferant. Interim *Myron* et *Velisca*, seu quod a caeteris coniurationis sociis rem segnius tractari iudicarent, vt emanare consilia ad Principem possent, seu quod accepissent de *Basilii* casu, sibi suisque fortunis cavendum duxerunt. *Myron* litteris monet Principem: *certo indicio se accepisse, Bucuresti quaedam sinistra de Principe in vulgus seri; esse quoque crebros sermones de successore; quibus artibus et per quos scena instructa sit, referri; nomina coniuratorum nondum comperisse.* Princeps, vt nova in re, confestim mandata mittit ad *Myronem*: *recte eum atque ex officio facere, cum hunc rumorem ad se pertulerit; nunc nomina se exspectare improborum hominum, vt eius opera cognoscat: sibi non ita dignitatem suam curae esse, quam civium salutem: illam vindicem habere Deum, hanc sibi commendatam esse.*

Vt-

что я отъ него слышалъ. Потомъ объявляетъ *Лупулу* то самое, что ему прежде изрекъ *Василій*: на самомъ же разсвѣтѣ поспѣшаетъ отъ *Лупула* къ Князю, коему открываетъ все дѣло, такъ какъ и умыслы Господаря *Бранкоиана*. Князь предая сіе извѣщеніе суду Божію, обязываетъ обоихъ клятвою, дабы они какъ тѣхъ рѣчей, такъ и открывшейся улики не разглашали. Между тѣмъ *Миронъ и Велискъ*, или опасаясь, дабы по причинѣ медлительности прочихъ зломышленниковъ не открылись ихъ намѣренія Князю, или услышавъ о всемъ приключившемся *Василію*, заблагоразсудили взять предосторожность въ разсужденіи себя самихъ и своего имѣнія. Притомъ *Миронъ* письменно предостерегаетъ Князя о слѣдующемъ: *я*, говоритъ онъ, *достовѣрно слышалъ, что въ Букурестѣ между народомъ разсѣвается нѣкоторая нелѣпая о тебѣ молва: твердятъ также часто и о будущемъ тебѣ преемникѣ; а какимъ образомъ, и чрезъ кого сіе дѣйствуется, и кто именно оные заговорщики, о томъ еще неизвѣстно*. Князь будто бы ничего о семъ не зная, тотъ же часъ отписалъ къ *Мирону* слѣдующее: *похвально, да и по долгу своему ты учинилъ, увѣдомивъ меня о такомъ слухѣ. Теперь ожидать я буду съ помощію твоего старанія извѣстія о самихъ именахъ оныхъ зломышленниковъ. Я не столько пекусь о своемъ достоинствѣ, сколько о благосостояніи моихъ гражданъ. Ибо достоинству моему защитникъ есть Богъ; а спасеніе Общества мнѣ препоручено.*

Vtcunque ſedata erat conſpiratio, ne palam erumperet, cum *Polonici* belli fama *Moldaviam* concuſſit vix e priſtino malo reſpirantem. Poſtquam *Aiaczus Solimanus* ad *Mohazum* male pugnavit, Ianiczarii primum obſequi detrectarunt, mox totis caſtris tumultuati; *Solimanus* ad *Mahometem* Sultanum *Conſtantinopolin* fugit. Aucta in dies ſingulos ſe-
29. Oct. ditio, ne exitio quidem Veſirii terminata; *Mahometes* Sultanus imperio ſe abdicare coactus. Inde *Solimanus* Sultanus *Ibrahimi* filius *Siavum Paſſam* auctorem omnium malorum in Veſiratu confirmavit. Non diuturnus ei nefariae mercedis vſus fuit: haud ita multo poſt a militibus trucidatus eſt. *Chodſa Iſmael Paſſa* paucorum dierum ſucceſſor, in *Rhodum* iuſſus ire exulatum. Inde *Tekurdaglig Muſtapha Paſſa* ſummus Veſirius *Zulphicarem* Effendum et *Alexandrum Maurocordatum*, illum Ianiczariorum ſcribam, hunc Divani interpretem *Vindobonam* legatos miſit de pace.

Interim Caeſarei *Albam Regalem* et *Graecam*, *Semendriam*, *Boſniam*que vniverſam occupaverant. Pacis opus *Caſtellonovanus* Regis
A. C. 1688 *Franciae* legatus diſturbavit. Itaque primo vere rebellarunt. Laetae adhuc res *Caeſareorum* in *Hungaria*, vt *Sophiae* iam et *Hadrianopoli* me-

Едва утушенъ былъ какъ нибудь сей заговоръ и недопущено оному открыться, какъ въ самое то время разнесшійся о грозящей *Поляками* войнѣ слухъ поразилъ *Молдавію*, еще отъ прежняго злоключенія неочувствовавшуюся. Послѣ неудачной при *Могазѣ* войны во первыхъ Янычары отреклись отъ повиновенія *Айнеги Солиману*, а потомъ въ скоромъ времени и весь станъ возмутился. Видя сіе *Солиманъ*, ушелъ къ Султану *Магомеду* IV. въ *Константинополь*. Умножившееся по сей причинѣ со дня на день смятеніе до того возрасло, что и погибелію Визиря не могло быть кончено. Почему Султанъ принужденъ былъ отказаться отъ правленія. Преемникъ его *Солиманъ* II. *Ибрагимовъ* сынъ *Сіяву Пашу* всему оному злу виновника возвелъ на Визирское достоинство. Но онъ недолго симъ нечестивымъ награжденіемъ пользовался. Ибо не много времени спустя, убитъ салдатами. А *Ходза Измаилъ Паша* нѣсколько дней побывши преемникомъ его, сосланъ въ ссылку на островъ *Родосъ*. Послѣ того *Техурдаглій Мустафа Паша* великій Визирь *Зулфикара* Ефендія Янычарскаго Секретаря и *Александра Мавро кордата* переводчика Порты отправилъ въ *Вѣну* послами для мирныхъ договоровъ. 29 Окт.

Между тѣмъ какъ *Цесарцы* овладѣли *Штулвейсенбургомъ*, *Бѣлградомъ*, *Семандріею* и всею *Босніею*: то *Шатонефъ* Французскаго Короля посолъ къ заключенію мира не допустилъ. Отъ чего *Турки* въ началѣ весны паки взбунтовались. *Цесарцы* притомъ столь щастливо въ *Венгріи* производили войну, что уже въ *Софіи* и въ *Адріанополѣ* начинали 1688 года.

тре-

metueretur: *Poloni* quieſcebant: PETRVS *Ruſſorum* Rex militum defectione agitatus ab bello cum *Tataris* deſtitit. Tota hyeme, quae hanc aeſtatem conſecuta eſt, republica conſtituenda a ſummis motibus, aerario reficiendo, ſcribendo milite, apparandoque ſumma vi bello conſumta, ſub verem ad gerendum *Veſiries* profectus, fortunam faventem ſuis rebus habuit, adverſam *Caeſareis*. Erat tum bellum *Gallicum* conflatum, quod vires *Caeſareas* a *Turcico* avertebat. Extremo anno *Ioannes* Rex traiecto *Tyra Moldaviam* petiit: tentata antea *Conſtantini* Principis voluntate, non modo imminutam ſenſit, ſed etiam ſine diſſimulatione exaſperatam. Nam ſuperiorum annorum acta documento fuerunt, quam adeo nihil *Polonorum* animi beneficio Principis obſtringerentur. Quam ob rem *Conſtantinus* ſeveriſſimo edicto *Moldavis* praecipit: ne quam annonam in caſtra hoſtium conveherent, ne quid praeberent. Sub *Stephanaſto* Rex *Poratam* transmiſerat exercitum, cum iam a fame atque extrema rerum omnium inopia premi ſe ſenſit. Ea cauſſa partem copiarum *Sorocam* miſit, vrbem ſitam ad *Tyrum* fluvium. Vacuam defenſoribus primo impetu capiunt, abundantem omni genere commeatuum.

A. C. 1689.

трепетать. *Поляки* не имѣли тогда никакихъ военныхъ дѣйствій; а ПЕТРЪ I. *Россійскій* Государь будучи огорченъ побѣгами своихъ салдатъ, прекратилъ войну съ *Татарами.* Визирь слѣдующую потомъ зиму въ благоучрежденіи обуреваемаго мятежами общества, въ наполненіи денежной казны, въ наборѣ салдатъ и въ приуготовленіи себя къ ужасной войнѣ все употребивъ свое стараніе, на весну отправился къ произведенію оной; гдѣ сколько щастіе споспѣшествовало ему, столько оное удалилось отъ *Цесарцевъ.* Возгорѣвшаяся въ то-самое время у *Французовъ* война отвлекла нѣсколько *Цесарскихъ* силъ отъ *Турецкой* границы. Въ слѣдующій годъ *Янъ III Польскій* Король перешедъ рѣку *Днѣстръ*, вступилъ въ *Молдавію*, и прежде всего испытавъ усердіе къ себѣ *Князя Константина*, нашелъ въ немъ не токмо перемѣну, но безпритворно увидѣлъ его раздраженнымъ. Ибо дѣйствія прежнихъ годовъ служили ему доказательствомъ: сколь нечувствительны были *Поляки*, получившіе отъ него Князя толикія благодѣянія. Въ слѣдствіе сего *Князь Константинъ* наистрожайше приказываетъ *Молдавцамъ*, нетокмо ничего *Полякамъ* не давать, но и никакого запасу въ непріятельской станъ не возить. Король переправя свое войско при *Штефанашти* чрезъ рѣку *Прутъ*, началъ чувствовать голодъ и во всемъ нужномъ недостатокъ. И потому часть войска отрядилъ къ лежащему близъ рѣки *Днѣстра* городу *Сорокѣ*; коимъ за неимѣніемъ гарнизона тотчасъ овладѣвъ *Поляки*, нашли воономъ великое всякихъ запасовъ изобиліе. Такимъ образомъ Король подкрѣпивъ

Ita exercitu refecto ad *Iacobinum* pagum et *Zagaranzam*, alterum quinto, quarto alterum lapide a *Iaſſiis*, inde in vallem *Strimbam* duxit.

Appropinquabant contra *Polonos* *Turcae* duce *Baiukiio* *Muſtapha* Seraskiero *Siliſtriae*, et *Tatari* quotquot cum *Nuradino* *Saltano* erant: nam *Calga* *Sultanus*, qui adverſus *Polonos* cum omnibus copiis *Tataricis* evocatus fuerat, ad praeſtitutum diem non advenit. Hoc nuncio *Poloni* pedem retulere. Cum autem *Sorocenſis* annona conſumta eſſet, et nihil aliunde praeberetur, ſaeviſſima fames exercitum vrgebat, vt montes et ſaltus ſpectarent, ne ſimul cum fame atque cum hoſpite dimicandum eſſet. Seraskierus in adverſa fluminis ripa conſultabat: copiasne *Tataricas* in hoſtem effunderet, an ipſe Regem cum omni exercitu perſequeretur. Actum de *Polonis* videbatur, ſi alterutrum conſilium Seraskierus eſſet ſecutus. At *Conſtantinus* orare Seraskierum: *ne Tataros in Moldaviam ſatis iam ſuperioribus annis exhauſtam emitteret, vtque ipſe victoria moderate vteretur: credere ſe Polonos haud longe a finibus regni abeſſe: ſi Calga Sultanus in tempore adveniſſet, non repugnaturum ſe, quin Tatari veſtigiis hoſtium inſiſterent: nunc ſeſe metuere, vt in ordine retineri queant.* Tandem tria millia *Tatarorum*

 ſibi

нѣсколько войско, обратилъ оное къ селеніямъ, *Яковину* въ четырехъ, и къ *Зигаранѣ* въ пяти верстахъ отъ *Ясъ* отстоящимъ; а оттуда расположился лагеремъ въ долинѣ называемой *Стримба*.

Уже Турки подъ предводительствомъ *Бaюклія Мустафы* Сераскера *Силистрійскаго*, *Татары* же, сколько ихъ ни было, съ *Нурадыномъ Султаномъ* приближались къ *Полякамъ*, а *Калга Султанъ* отправленный со всею *Татарскою* Ордою, не успѣлъ еще притти къ назначенному сроку. О семъ извѣстясь *Поляки* отступили назадъ. А какъ находившіеся въ городѣ *Сорокѣ* припасы всѣ уже истощены были, то *Поляки* не имѣя ни откуду помощи, и бывъ утѣсняемы жестокимъ гладомъ, принуждены бѣжать въ горы и лѣса, дабы не сражаться вмѣстѣ съ голодомъ и съ непріятелемъ. Сераскеръ же стоя на другомъ берегу рѣки разсуждалъ, *Татаръ* ли отрядить на непріятеля, или самому со всѣмъ войскомъ преслѣдовать Короля. Погибли бы *Поляки*, естьли бы Сераскеръ одно какое либо изъ двухъ исполнилъ предпріятіе. Но Князь *Константинъ* упрашивая Сераскера, не посылать *Татаръ* въ *Молдавію*, довольно уже въ прошедшіе годы изнуренную, совѣтуетъ не гнаться за побѣдами. *Мнѣ кажется*, продолжаетъ онъ, *что и Поляки не далеко уже отъ своихъ границъ. Естьли бы Калга Султанъ къ назначенному подоспѣлъ времени, то бы я не прекословилъ гнаться Татарамъ за непріятелемъ: нынѣ же я сумнѣваюсь, чтобы они могли устоять въ порядкѣ.* Потомъ испрашиваетъ себѣ трехъ тысячь *Татаръ*, дабы соединивъ

sibi deposcit, cum quibus suas copias coniungeret, ad pellendum tota *Moldavia* hostem. De eo certiorem facit Regem, oratque ne quam cladem *Iassiis* inferret, aut alicui suae Provinciae regioni. Ita se facturum Rex promittit. Quarto lapide vrbem praetergressus, ad *Cotnarem Poratam* transmittit quieto agmine: inde seu iussu Regis, seu quod propter famem contineri miles nequiret, passim agi ferrique omnia. *Constantinus* cognito quod erat, nihil moratus cum suis *Tatarisque* dispersos invadit, multos caedit, plures capit. *Poloni* vltro sese capiendos vinciendosque tradebant, transfugientes in certam servitutem, modo vt vitam servarent: singuli *Tatari* binos ducebant captivos, nonnulli ad septenos. Plerique a *Moldavis* redempti, tribus in singulos vncialibus, remissique in *Poloniam*. Illo in numero *Ioannes Tamassauskius* fuit, *Moldavus* genere e pago *Tamasso*, annos natus quinque et septuaginta: cum *Constantino* in *Poloniam* profectus, multis strenue patratis facinoribus, nobilitatem *Polonici* nominis sibi pepererat, liberosque et satis amplas fortunas in *Polonia* habebat. Quem cum *Constantinus* cognovit: *quae te*, inquit, *veterane - commilito*, *mala fortuna in tam turpem servitutem redegit*, *pristinae immemorem virtutis?* — *Tamassauskius*, *se quoad in castris fuerit*, *fuisse autem ab ineunte aetate*,

cum

съ ними свои полки, выпѣснить непріятеля изъ *Молдавіи.* О чемъ увѣдомляя тако же Короля, проситъ: дабы онъ пощадилъ какъ *Ясы*, такъ и другія Княжескія его области. Хотя Король и обѣщалъ исполнить его прозьбу; но *Поляки* прошедъ версты четыре за городъ, и переправясь спокойно при *Котнарѣ* черезъ *Прутъ*, или по его же Королевскому повелѣнію, или изнурены будучи голодомъ, причинили вездѣ слѣды грабительства и воровства. *Князь Константинъ* провѣдавъ о всемъ семъ происхожденіи немедленно съ своимъ и *Татарскимъ* войскомъ нападаетъ на разсѣянныхъ *Поляковъ*, изъ коихъ много было побито, а больше въ полонъ захвачено. *Поляки* же напротивъ того подвергая себя видимому игу рабства, добровольно предавались въ плѣнъ единственно для сохраненія своей жизни. Каждой *Татаринъ* велъ за собою двухъ, а иной до семи человѣкъ плѣнниковъ. Но многіе у *Молдавцевъ* откупались, и уплачивая каждой за себя по три унціи серебра, отпускаемъ былъ въ *Польшу.* Въ числѣ захваченныхъ плѣнниковъ попался семидесятипятилѣтній Молдавецъ *Иванъ Тамашевскій*, родомъ изъ села *Тамаша.* Сей отправившись съ *Княземъ Константиномъ* въ *Польшу*, за многія храбрыя дѣла свои нетокмо причтенъ былъ въ число *Польскаго* шляхетства, но прижилъ тамъ дѣтей, и великое пріобрѣлъ богатство. Узнавъ его *Князь Константинъ* спросилъ: *по какому ты старинный мой товарищъ злощастію въ поносную такую впалъ неволю, не памятуя о прежней своей храбрости?* — *Я*, отвѣчаетъ Тамашевскій, *сколько ни служилъ въ походахъ (служилъ же съ*

cum hoſtibus conſerta manu ſaepe victorem diſceſſiſſe, ſaepe provocaſſe, ſaepe extra ordinem pugnando laudem ſibi quaeſiviſſe, ſaeviorem hoſtem quam famem vidiſſe neminem: nunc forte cum aliis in proximam ſylvam receſſiſſe, vt ſe arborum fructibus expleret: ibi in arbore ſe reficientem oppreſſiſſe Tataros, et, ni ſagittis configi voluiſſet inermis, deſcendendum et tradendae vinculis manus fuerint. Hunc veterem contubernalem inprimis benigne cultum deducendum ad fines vsque regni curavit Princeps.

Ad *Siretum* fluvium *Niamecum* (*) oppidum in convalle ſitum, clivo impoſitam arcem habet munitiſſimam: militem praeſidio imponere Principibus *Moldaviae* invidioſum apud *Turcas* videtur. Novem venatores ad tuendam ab incurſionibus repentinis vrbem illic locati, tantum animorum habuere, vt advenientibus *Polonis* portas clauderent, defenſionem moenium pararent. *Poloni* illa in arce iuſtum praeſidium eſſe rati, igne ferroque iaculando eminus oppugnabant. Quartum iam diem, quinquaginta ſuorum cum baliſtarum magiſtro amiſſis, ne quidquam laborabant, cum miſſus ad arcem fecialis obſeſſos citat, vitam atque arma decedentibus praeſidio Regis nomine pollicetur. Sex ſoli

(*) *Niamez.*

самаго юношества), сражаяся съ непріятелемъ часто одерживалъ победу, часто самъ онаго вызывалъ, часто бьючись и напоединкѣ заслуживалъ себѣ похвалу: но столь ужаснаго непріятеля, каковъ есть голодъ, никогда еще не вызывалъ. Какъ я теперь по сему случаю съ прочими пошелъ въ близь находившійся лѣсъ для насыщенія себя древесными плодами, то когда я еще на деревѣ былъ, Татары такъ скоропостижно окружили меня, что я будучи безоружнымъ къ избѣжанію смерти отъ стрѣлъ другаго средства не имѣлъ, какъ сойти и отдаться въ охоты. Князь принялъ благосклонно сего прежняго своего сотоварища, приказалъ проводить его къ самымъ Королевскимъ границамъ.

При рѣкѣ *Серетъ* стоялъ въ долинѣ городокъ *Нямецъ* съ укрѣпленнымъ замкомъ, на холму воздвигнутымъ. А какъ *Турки* негодуютъ, естьли бы какой *Молдавской* Господарь учредилъ въ крѣпостяхъ Гарнизоны; то девять человѣкъ стерегли для предохраненія отъ нечаянныхъ набѣговъ въ семъ городѣ поселенные стрѣльцы были храбры, что въ нашествіе *Поляковъ* заперши ворота, приготовились защищать городскія стѣны. *Поляки* думая, что въ самомъ дѣлѣ въ ономъ замкѣ находится оборонительное войско, издали во оной бросали и стрѣлы и бомбы. Непріятели потерявъ безъ всякаго успѣху въ четыре дни пятдесятъ человѣкъ рядовыхъ и бомбардирскаго начальника, прислали къ осажденнымъ въ замкѣ вѣстника, которой бы уговаривалъ ихъ къ здачѣ, обѣщая за то именемъ Королевскимъ даровать имъ жизнь, и возвратить оружіе. *Уже* шесть-

soli supererant: negabant tamen arcem instructissimam omni commeatu et firmis copiis sine Principis mandato traditu-ros. Extemplo Rex *Moldavum* scribam litteras Principis nomine falsoque signo conficere iubet, quibus recitatis homines simplices imponi sibi patiuntur. Consederat Rex pro castris ad spectaculum decedentis praesidii, cum sex venatores ex inferiori porta descendunt, tres mortuos humeris portantes. Quaerenti, *quid caeteri milites morarentur?* negant *plures suorum fuisse quam novem; tres primo die occubuisse; neque tamen se tradituros arcem fuisse vivos, nisi ex Principis mandato*. Initio Rex irae vix temperabat, quin trucidandos traderet: *Iablonovio* Duce deprecante, rei novitate in admirationem laudemque fidei versa, in *Moldaviam* dimisit. Arci praesidium *Polonicum* imposuit: inde *Suzavam* cepit vacuam propugnatoribus. Extrema haec Regis expeditio fuit. Nam in reliquum tempus *Iacobo* filio caeterisque ducibus, magis tenendo movendoque *Turcas* detinuit, quam rem gerendo.

CAPVT.

человѣкъ только въ замкѣ оставалось егерей, но и сіи напротивъ того отвѣтствовали: что безъ воли Княжой сего укрѣпленнаго надежнымъ воинствомъ, и снабдѣннаго всякими припасами замка они здать не намѣрены. Король немедленно приказываетъ *Молдавскому* писарю сочинивъ отъ имени Господаря письмо, приложить къ оному подложную печать. Простаки по прочтеніи онаго вдаются въ обманъ. Король стоя за обозомъ готовился смотрѣть здавшійся гарнизонъ, но вдругъ изъ нижнихъ воротъ выходятъ только шестеро егерей, несущіи на плечахъ трехъ своихъ товарищей мертвыя тѣла. На вопросъ *зачемъ другіе салдаты въ городѣ остались?* отвѣтствовали вышедшіи: *насъ было всѣхъ девять человѣкъ; изъ коихъ въ первой день осады трое убиты; и мы пока бы живы, не здали бы замка, естьли бы Господарь не приказалъ.* Король сначала такъ на нихъ озлобился, что едва было смерти ихъ не предалъ, но наконецъ по прозьбѣ Гетмана *Яблоновскаго* приказалъ отпустить ихъ въ *Молдавію*, удивляясь толь неслыханному произшествію, и похваляя ихъ вѣрность. Оставивъ Король въ замкѣ свой гарнизонъ, отправился къ занятію беззащитнаго города *Сочавы*. И сей Королевскій походъ былъ уже послѣдній. Ибо въ слѣдующіе годы *Польскія* войска предводительствуемы сыномъ его *Якобомъ* и прочими полководцами больше страхомъ и приготовленіями, нежели самою войною удерживали *Турковъ*.

CAPVT VII.

Redeo nunc ad domeſticas res *Conſtantini* Principis et *Brancovani* inſidias. Initio quarti anni *Conſtantinus Demetrium* filium cum aliorum Baronum liberis *Conſtantinopolin* miſit, vt *Antiochum* maiorem natu, caeteroſque obſides reciperet. Quo, cum venit, *Brancovanus* per miniſtros ſuos aliquam fraudem machinatur. *Solimanus* Sultanus ducem ſe exercitibus demonſtraturus *Adrianopolin* proceſſerat: eodem *Tekurdaglius Muſtapha* Veſirius copias contrahebat: praeſidio vrbi *Amuſas Oglius Haſſeinus Paſſa* Caimacamus relictus, vir non ſic acuto ingenio, vt integerrimis moribus. Hunc adeunt *Brancovani* miniſtri, monent: *Conſtantinum* Principem peſſimo exemplo *Antiochum* filium recipere, alium puerum ſubornaſſe tanquam *Demetrius* is eſſet: ita vtrumque filium exemptum ſecum habiturum, ne quid ad defectionem diu meditatam impedimento ſit: ſvadere vt hunc recipiat obſidem, alterum non dimittat. *Haſſeinus Paſſa Antiochum* et *Demetrium* adeſſe iubet. Vt *Demetrius* intravit; intentis oculis contemplatus puerum: *homines*, inquit, *nequam et*

ГЛАВА VII.

Теперь возвращаюсь я къ домашнимъ дѣламъ *Князя Константина*, и къ злоухищреніямъ на него *Бранкопана*. Назадъ тому четыре года *Князь Константинъ* послалъ сына своего *Димитрія* съ дѣтьми прочихъ Бояръ въ *Константинополь* для возвращенія старшаго своего сына *Антіоха* и прочихъ бывшихъ тамо съ нимъ въ аманатахъ. Куда какъ только пріѣхалъ *Димитрій*, то *Бранкопанъ* чрезъ своихъ Министровъ составляетъ нѣкоторое коварство. Въ то время Султанъ *Солиманъ II.* для показанія себя войску въ видѣ верховнаго предводителя, отправился въ *Адріанополь*: тудажъ и *Текурдаглій Мустафа Визирь* повелъ свои войска: а для защищенія *Константинополя* оставленъ *Амузъ Оглу Гуссейнъ Паша* Каймакамъ, мужъ не столько остроумный, сколько добродѣтельный. Къ сему пришедъ *Бранкопановы* Министры увѣряютъ его: что *Князь Константинъ* зломышленно возвращаетъ къ себѣ сына своего *Антіоха*, приславъ на смѣну другаго нѣкоего юношу подъ образомъ *Димитрія*; что для того желаетъ онъ имѣть при себѣ обоихъ дѣтей своихъ, дабы удобнѣе и безпрепятственно могъ приступить къ учиненію давно уже умышленной измѣны; что совѣтуютъ они и сего присланнаго въ залогъ принять, и прежняго отъ себя не отпускать. *Гуссейнъ Паша* повелѣваетъ *Антіоха* и *Димитрія* позвать къ себѣ. Какъ скоро вошелъ *Димитрій*, то *Гуссейнъ* посмотрѣвъ на сего отрока пристально: *Вы негодные и безстыдные люди*, говоритъ, хо-

impudentes, *qui mihi persuasum voluere*, *Demetrium hunc non esse Cantemiri filium*: *in Antiocho potius locum error invenerit* : *hic patris imaginem sic refert*, *vt nihil intersit quam aetas*. Sensere *Moldavi* delatorum fraudem ; quaerunt quis de *Constantino* Principe tam sinistra prodiderit ? Caimacamus quod erat, non dissimulans, *Brancovanum* Principem edit. *Vos autem*, inquit, *Principi nunciate vestro*, *tantam eius fidei existimationem apud nos esse*, *vt*, *si vtrumque obsidem reposcat*, *reddendi nulla mora sit futura*. Maluit tamen vinculo illo obstringi Princeps, quam seu recipiendo suspicionibus locum dare, seu poscendo in occultos se induere laqueos.

Secutae sunt graviores invidiae ipsius *Constantini* Principis vitae structae, per eosdem homines, quos instinctu *Moldavi* coniurasse diximus. *Coprilus Mustapha Passa Ahmetis*, cuius tanta fama est, filius, summus Vesirius et moribus honestis et consilio armisque nulli secundus nisi patri, mirifica in *Constantinum* Principem voluntate fuit. Invictus ab inimicorum insidiis fortuna sua et militum favore, ad *Islamcamenam* (*) in acie propemodum victor cecidit. Illum *Brancovanus* Princeps cum satis munitum adversus criminationes esse intelligeret, nec

(*) Sic Turcis nostris *Salankeman*.

хотѣли меня увѣрить, что Димитрій не есть сынъ Константиновъ: напротивъ того больше можно ошибиться въ Антіохѣ, нежели въ семъ отрокѣ, которой такое съ отцемъ своимъ имѣетъ сходство, что одни только лѣта дѣлаютъ между ими различіе. Молдавцы узнавъ коварной доносъ желали вѣдать, кто столь безсовѣстно обнесъ Господаря ихъ *Князя Константина.* Каймакамъ несобинуясь обо всемъ далъ знать, показывая на *Князя Бранкована. А вы,* продолжаетъ *Гуссеинъ* къ *Молдавцамъ, донесите вашему Князю, что мы столько увѣрены въ его къ Портѣ усердіи, что ежели потребуетъ онъ и обоихъ своихъ сыновей, оные немедленно ему отдадутся.* Но Князь за лучшее почелъ пребыть въ обязательствѣ ономъ, нежели возвращая дѣтей своихъ навлечь на себя подозрѣніе, либо требуя ихъ къ себѣ, увязнуть въ потаенныя сѣти.

За симъ готовила злоба убивственный умыселъ на самую жизнь *Князя Константина,* употребивъ къ сему заговору орудіемъ тѣхъ самихъ *Молдавцевъ,* о коихъ выше упомянуто было. *Купрули Мустафа Паша Ахмета,* знаменитаго въ свое время мужа сынъ великій Визирь благонравный, разсудительный и въ военной наукѣ никому кромѣ отца своего неуступающій, отмѣнно любилъ *Князя Константина.* Сей злоухищренія враговъ и щастіемъ своимъ и благопріятствомъ къ себѣ воиновъ безвредно преодолѣвшій мужъ близъ *Саланкемана* на сраженіи бывъ побѣдителемъ едва не лишился самъ жизни. *Бранкованъ* вѣдая непреклонность его слуха къ ложнымъ об-

nec corrumpi posse pecuniae impenetrabilem, ad *Myronem* et *Veliscam* mandata mittit: *maturarent consilia sua, quibus possint artibus, seditiones concitarent; Principem, liberos, domum omnem et amicos* (in quibus *Georgius Rosetus* Protovestiarius nomine citabatur) *exscinderent, et ad se concederent in Valachiam cum liberis atque facultatibus: suum deinde fore, non modo maxima vi auri impunitatem facinoris emercari, sed Veliscae quoque impetrare Principatum.*

Nihil iam occulte geri poterat, quin efferretur ad Principem, nunc magis perniciosorum civium consilia speculantem, quam dudum. Multis ille *Myronis* iniuriis, vt erat lenissimo ingenio, concedebat: pertinaciam eius benefactis ad extremum expugnaturus sibi videbatur. Igitur *Petro Myronis* filio minori summo *Camerario* ELISABETHAM filiam cum amplissima dote despondit. *Velisca*, is tum viduus erat, quo Principis fortunae necessitudinis specie illuderet, *Paladi Protovestiarii* filiam, *Lupuli Bogdani* cognatam, in matrimonium petit a Principe. Quo impetrato nuptias in pago apud fratrem sponsae celebrat: eodem eiusdem factionis homines conveniunt. Inter caeteras caeremonias mos est, vt sponsus et nupta cum coronis accumbant. Hanc occasionem nacti, inter compotationes erumpunt in

voces

обвиненіямъ, и невозможность къ склоненію его деньгами на свою сторону, посылаетъ къ *Мирону* и *Велиску* приказанія: *дабы они спѣшили исполнить сіе намѣреніе, произвели бы всѣми способами мятежъ, истребили бы Князя, дѣтей, всю фамилію и друзей* (въ числѣ коихъ точно именованъ *Георгій Россетъ* Княжой Одеждохранитель) *а сами бы удалились къ нему въ Валахію съ дѣтьми и имѣніемъ. Впрочемъ*, продолжаетъ, *мой трудъ будетъ нетолько исходатайствовать посредствомъ денегъ прощеніе въ семъ злодѣяніи, но и доставить Велиску Княжество.*

Уже никакое предпріятіе не могло быть сокрыто отъ Князя, прилѣжнѣе въ сіе время нежели когда либо на всѣ намѣренія зломышленниковъ взирающаго. Будучи кротокъ нетолько онъ, прощалъ много обидъ отъ *Мирона* ему нанесенныхъ, но еще старался препобѣдить злость его своими благодѣяніями. Того ради за *Петра* меньшаго *Миронова* сына верховнаго Постельника обручаетъ дочь свою ЕЛИСАВЕТУ съ богатымъ приданымъ. *Велискъ* же, будучи тогда вдовъ и уповая подъ видомъ родства удобнѣе надъ Княземъ коварствовать, проситъ отъ него себѣ въ супружество *Паллаза* главнаго Одеждохранителя дочь, а *Лупулу* Богданову свойственницу. Получивъ желаемое, торжествуетъ бракъ въ домѣ своего шурина со всѣми своими зломышленниками. Но какъ между прочими обрядами былъ и такой обычай, что женихъ и невѣста должны сидѣть за столомъ въ вѣнцахъ; то они достигнувъ сего удобнаго случая посредѣ пира начинаютъ говорить, буд-

voces ad speciem festivas, re ipsa serias et meditatas: Principes salutant: monent, ne hunc habitum deponant, se ad mandata facienda adesse. Coniurant ea in verba inter se et *Ioannem Zisesculum* (*) nobilem virum neque eius improbitatis, praesenti periculo iurare cogunt. Fit particeps arcanorum, omnem ordinem rei gerendae cognoscit. A nuptiis secum reputat, quantis turbis se immiscuerit invitus: mora nulla quin ad Principem adiret: quid actum in nuptiis, quid quisque dixerit atque senserit, exponit. Princeps tempus nondum esse ratus exstinguendae factionis, silentium imperat, patientiam exhibendam, caeterum cavendum statuit.

Interim dum quiescunt consilia et opportunitatem operiuntur, tres anni exierant, quibus *Demetrius Cantemirus* obses *Constantinopoli* fuit: eius in locum *Antiochus* iterum succedit. *Brancovanus*, qui nunquam quiescebat, eam in occasionem quoque laqueos tendit. *Spadonium Constantini* Principis ministrum, simplicem hominem et satis fidelem esse exploratum habebat. Huic per obscurum indicem persvadet: *Constantinum* Principem cum *Antiocho* filio centurionem et selectam equitum manum mittere, qui *De-*

(*) *Czisescul.*

будто сему пришествію приличное, а въ самомъ дѣлѣ давно уже умышляемое дѣло. Поздравляютъ новобрачныхъ Князей, просятъ дабы они брачныхъ сихъ украшеній съ себя не снимали, увѣряя что къ исполненію ихъ приказаній они готовы. Уже злоумышленники сговариваются между собою, къ чему и *Ивана Чифескула* знаменитаго мужа, но нетакъ, какъ они скверному въ настоящемъ умыслѣ присягнуть принуждаютъ. Сей пріемля участіе въ сокровенныхъ ихъ козняхъ узнаетъ весь порядокъ ихъ предпріятія. Вышедъ изъ свадебнаго дому размышляетъ самъ съ собою, въ какія онъ по неволѣ вмѣшался возмущенія? И потому нимало не мѣшкавъ приходитъ къ Князю, и все, что ни происходило на свадьбѣ, кто что ни говорилъ, и что онъ ни слышалъ, ему объявляетъ. Князь разсуждая, что еще не пришло время къ истребленію маштежа, повелѣваетъ о семъ молчать; самъ же ополчась терпѣніемъ пріемлетъ всѣ нужныя къ тому предосторожности.

Между тѣмъ, какъ злоумышленники въ ожиданіи способнаго времени не предпринимали никакихъ возмущеній, прошло три года, въ которые *Димитрій Кантемиръ* былъ залогомъ въ *Константинополѣ*, на коего мѣсто паки разсудилось послать *Антіоха*. *Бранкованъ* безпрестанно коварствовавшій не преминулъ и при семъ случаѣ пагубныя разставить сѣти. Онъ вѣдая простосердечіе и прямую вѣрность *Стазонія* Министра *Молдавскаго*, чрезъ тайнаго вѣстника даетъ знать ему: что *Князь Константинъ* съ сыномъ свомъ *Антіохомъ* отправилъ Капитана и роту отборныхъ всадниковъ съ тѣмъ, дабы они *Димитрія* и

Demetrium cum caeteris obsidibus clam educerent: eam in rem equos quadraginta et amplius in pago *Calpha* dispositos habere. Equi erant *Moldavi*, quos *Constantinopolin* cum filio miserat Princeps, vt in foro venirent. *Spadonius*, in pagum profectus; vt equos adesse videt, rem omnem se existimat tenere: itaque *Caimacamum* conveniendi potestate accepta, quid de Principis sui consiliis acceperit, defert: *equos instructos se vidisse, metuere capiti suo; idcirco fidem in aulam Ottomanicam potiorem se ducere, quam Domini sui commoda.* Caimacamus Agam suum *Calpham* mittit, qui primum, de equis quid fieret, specularetur. Commodum in equos *Moldavos* ipsa in via incidit; quaerit qui sint, quove ducantur: *venire* responsum est. Inde e longinquo forum petit, neque e conspectu relinquit equos, donec omnes venisse et abduci videt. Qua re cognita, Caimacamus *Constantino* Principi de *Spadonii* proditione nunciat. *Spadonius* ministerio abdicatur: *Demetrius Constantinopoli* dimittitur in *Moldaviam*.

Eo cum venit, *Maurocordatus*, qui *Vindobonae* legatus agebat, *Constantinopolin* ad coniugem, mandata mittit, vt *Helenae* filiae conditionem *Demetrio Constantini* filio offerat.

прочихъ юношей въ залогѣ содержащихся тайно увезли. И для сей де причины семьдесять или и болѣе лошадей приготовлено въ селѣ *Калфѣ*. Лошади дѣйствительно были *Молдавскія*, отправленныя Княземъ съ сыномъ въ *Константинополь* для продажи оныхъ на конной площади. *Спадоній* поспѣшаетъ въ помянутое село, и увидя лошадей въ готовности, почитаетъ извѣстное намѣреніе справедливымъ. Чего ради испросивъ позволеніе видѣться съ *Каймакамомъ*, объявляетъ ему все, что ни слышалъ объ умыслѣ своего Господаря. *Видѣлъ я*, говоритъ онъ, *снаряженныхъ лошадей, и опасаюсь своей погибели. Для того вѣрность ко двору Оттоманскому предпочитаю выгодамъ моего Господаря.* Каймакамъ посылаетъ отъ себя *Агу* въ *Калфу* освѣдомиться, какіе точно и за чемъ присланы лошади: но какъ лошади *Молдавскія* попались ему на самой дорогѣ, то на вопросъ, *чьи они и куда ихъ ведутъ*? получилъ въ отвѣтъ: *на продажу*. И хотя издали, но не выпуская изъ глазъ лошадей, слѣдовалъ за оными до тѣхъ поръ, пока всѣ на площади распроданы и по мѣстамъ отведены были. Извѣстясь о семъ Каймакамъ даетъ знать Князю *Константину* объ измѣнѣ *Спадоніевой*, который исключается отъ Министерской службы; а *Димитрій* изъ *Константинополя* отпускается въ *Молдавію*.

По пріѣздѣ его туда, *Маврокордатъ* бывшій тогда посломъ въ *Вѣнѣ* пишетъ къ женѣ своей въ *Константинополь*, дабы она дочь свою *Елену* старалась выдать за *Димитрія Константинова* сына. Дѣло сіе по

 боль-

Res maxime per *Michaelem Rossetum* acta. Non erit alienum ab hoc loco, si paulum a via deflectam ad *Alexandri Maurocordati* mentionem. Patrem habuit *Panteleonem*, nobilem *Chium*, qui ea in insula possessiones avitas, non amplas tamen habuit. Cum *Constantinopolin* mercaturae caussa venit, iuvenis et genere et forma, *Loxandrae Scarlati* ditissimi hominis et praepotentis filiae probatus, matrimonio illo immensas opes comparavit. Ea caussa *Alexander* filius, se ipsum *Scarlati* filium nuncupare solitus fuit, eoque nomine *Constantinopoli* notior fuit, quam suo aut patris. *Patavii* annos quatuordecim egit, auctusque honoribus, qui in Philosophico et Medico ordine sunt summi, domum revenit. Hic in schola Patriarchali optimas artes et medicae rei doctrinam professus, curando etiam ad sanandum Proceres, favorem vndique et studia collegit. *Panagiota Nicasio* defuncto, a *Coprilo Ahmete* Vesirio summi interpretis muneri admotus, variam fortunam annis triginta expertus est. *Cara Mustapha* Vesirio iugulato *Cara Ibrahimus* Vesirius exauctoratum in carcere habuit, omnibusque facultatibus spoliavit, *Seferaga* quodam suffecto, qui ad Mahometanam superstitionem a Christianis desciverat. Mox poenitentia

et

большей части произходило чрезъ *Михайла Россета.* Но не неприлично будетъ здѣсь, ежели я отступивъ нѣсколько отъ предлежащаго, упомяну объ *Александрѣ Маврокордатѣ* Сей имѣлъ у себя отца *Пантелеона* изъ дворянъ острова *Хіо*: гдѣ у него было небольшое дѣдовское владѣніе. Сей по пріѣздѣ своемъ для торговли въ *Константинополь*, и по своему роду и по пригожству понравился *Скарлата* богатѣйшаго и важнаго человѣка дочерѣ *Локсандрѣ*, на коей женясь неизчетное пріобрѣлъ богатство. По сей причинѣ *Александръ* обыкновенно назывался сыномъ *Скарлатовымъ*, и подъ симъ названіемъ гораздо извѣстнѣе онъ въ *Константинополѣ* былъ, нежели подъ своимъ, или своего отца именемъ. До того времени учился онъ въ *Падуѣ* четырнатцать лѣтъ, получа же между учеными достоинство въ Философическомъ и Медицинскомъ Факультетахъ домой возвратился. Здѣсь въ Патріаршемъ училищѣ преподавалъ онъ изящныя науки и Медицину; пользованіемъ же тамошнихъ Вельможей отъ всѣхъ заслужилъ почтеніе и любовь. По смерти *Панагіота Никозія* *Купрули Ахметъ* Визирь опредѣлилъ его въ должность главнаго Порты переводчика. Званіе сіе проходя тритцать лѣтъ, испыталъ онъ разные своего щастія перевороты. По удаленіи *Кары Мустафы* Визиря, *Кара Ибрагимъ* Визирь лишивъ его переводческаго достоинства, посадилъ въ тюрму, и отнялъ у него все имѣніе, а на его мѣсто опредѣлилъ *Сефирагу*, которой уклонясь отъ Христіанскаго закона прилѣпился къ Магометанскому суевѣрію. Въ скоромъ однако времени почувствовалъ

et desiderium *Alexandri* Vesirium caepit: ita dignitate restituta, legationem *Vindobonensem* summo rei *Turcicae* tempore obiit. *Coprilus Mustapha* Vesirius internecino odio *Maurocordatum* persequebatur, quod pacis negotium susceperat, cui inprimis vt ignominioso adversabatur. Igitur *Maurocordatus Leopoldum* Imperatorem movit, vt se speciosis caussis veluti captivum detineret, servaretque ad pacis aliquam maiorem opportunitatem. Haec res impedimento fuit, cum de nuptiis ageretur, ne ista necessitudo indignationem summi Vesirii pareret. Vt vero magis differri, quam reiici conditio videretur, aetas *Demetrii* coniugio nondum matura obtentui fuit: caeterum, si *Maurocordato* videretur, vbi rebus ex animi sententia compositis *Constantinopolin* redierit, de eo negotio tractari posse. Defuncto *Coprilo* Vesirio, *Vindobona* dimissus *Maurocordatus Constantinopolin* venit. Summum fortunae gradum conscendit, cum ad pacem sanciendam *Carolovitium* legatus, dignitatem Principis et secretorum custodis adiit.

Eo-

Визирь объ *Александрѣ* сожалѣніе, и старался паки доставить ему прежнее мѣсто. Доставивъ же оное, отправилъ его посломъ въ *Вѣну* въ самое опасное *Турецкихъ* обстоятельствъ время. Визирь *Купрули Мустафа* смертельно негодовалъ на *Маврокордата* за то, что онъ принялъ на себя миротворенія дѣло, которое почитая безчестнымъ для Порты, вовся на то не соглашался. По сей причинѣ *Маврокордатъ* убѣдилъ прозьбою Цесаря *Леопольда* дабы онъ, по нѣкоторымъ будто важнымъ причинамъ, приказалъ его у себя задержать и не выпускать до тѣхъ поръ, пока не откроется лучшій къ заключенію мира способъ. А сіе то и было препятствіемъ свадебнаго дѣла, дабы новымъ симъ свойствомъ не навлечь на себя великаго Визиря негодованія. А дабы касающееся до бракосочетанія условіе показать болѣе отсроченнымъ нежели уничтоженнымъ дѣломъ, причиною сего отлагательства представлены были лѣта *Димитріевы* неспособныя еще къ супружеству; а притомъ дано знать *Маврокордату*: что ежели ему сіе дѣло угодно, то не прежде объ ономъ договоръ заключить можно, развѣ по возвращеніи его въ *Константинополь* и по благополучномъ ввѣренной ему коммисіи окончаніи. Между тѣмъ *Визирь Купрули* умеръ. *Маврокордатъ* же получивъ изъ *Вѣны* отпускъ, пріѣзжаетъ въ *Константинополь* и возводится на высочайшій степень щастія, бывъ отправленъ для заключенія мира посломъ въ *Карловичь* съ достоинствомъ Князя и тайнаго Секретаря.

Eodem fere tempore, quo de *Demetrii* et *Maurocordati* filiae nuptiis actum est, *Antiochus* *Constantini* Principis filius *Constantinopoli* vxorem sibi despondit, DUCAE *Moldavorum* Principis filiam. Mater ei *Anastasia* e nobilissima *Bukuresstiorum* gente, quae postea *Liberio Geracharo Laconico* Principi nupsit, tum autem *Constantinopoli* agebat. Solemnia peracta a *Callenico Constantinopolitano* Patriarcha et *Dositheo Hierosolymitano*. Haud multo post *Brancovanus* Princeps legatum ad *Constantinum* mitit, *Cornesculum Banum*, summum *Valachiae* Baronem, multis de negotiis. Ad extremum *Cornesculus* orat Principem: vt sibi conveniendi *Demetrium* filium copia daretur, ita sibi mandatum: esse enim Principi suo filias, quibus dignos domo suo generos quaerat, optare se, vt *Demetrio* conditio probetur. Admissus ad *Demetrium* multa honorifice humaniterque cum eo collocutus discessit in *Valachiam*. Notae fraudis Principi nihil fidere *Constantinus*: quare cum e consvetudine decem post dies legatio in *Valachiam* mittenda esset, qui ob honorem prioris legationis gratiam referret, explorandum penitus animum Principis duxit. Misit *Lupulum Bogdani* filium Ducem copiarum, fidissimum generum.

ВЪ то самое время, какЪ дѣло происходило о свадьбѣ между *Димитрiемъ* и дочерью *Маврокордатовою*, *Антiохъ* Князя *Константина* старшiй сынЪ женился вЪ *Константинополѣ* на дочери ДУКИ *Молдавскаго* Господаря. Мать сея невѣсты *Анастасiя* происходившая отЪ знаменитаго рода *Бугулештовъ*, жила тогда вЪ *Константинополѣ*, а послѣ вышла за *Либерiя Ераккара* Лакедемонскаго Князя. Церковной бракосочетанiя обрядЪ отправляли Патрiархи *Калиникъ Константинопольскiй* и *Досиѳей* Iерусалимскiй. Вскорѣ потомЪ *Бранкованъ* Господарь *Корнескула Бана* главнаго *Волошскаго* Боярина отправилЪ кЪ Князю *Константину* пословЪ со многими дѣлами. *Корнескулъ* между прочимЪ проситЪ Князя, дабы ему позволено было видѣться сЪ сыномЪ его *Димитрiемъ*. *Мнѣ*, говоритЪ онЪ, *повелѣно объявить*: *что нашъ Господарь имѣетъ у себя дочерей*, *для коихъ ищетъ онъ достойныхъ своей фамилiи зятьевъ*, *и потому желательно мнѣ переговорить о семъ съ Димитрiемъ*: кЪ которому будучи онЪ допущенЪ, и о многомЪ сЪ нимЪ учтиво и ласково переговоривЪ, возвратился вЪ *Валахiю*. Хотя коварному сему Господарю ни вЪ чемЪ *Князь Константинъ* не довѣрялЪ: однако, поелику обыкновенiе требовало чрезЪ десять дней отправить взаимныхЪ вЪ *Валахiю* пословЪ для возблагодаренiя за оказанную ему бывшимЪ посольствомЪ честь: то *Князь Константинъ* заблаго разсудилЪ испытать намѣренiе сего Господаря, пославЪ кЪ нему Гетмана *Лупула Богданова* сына, вѣрнѣйшаго своего зятя. ПоручивЪ ему взять вЪ посольскую

Huic negotium dat: vt cum caeterorum Baronum filios sibi legat comites, tum e coniuratis vnum *Georgium Apostolum Mitrae* filium. Nam cum litterae ad *Brancovanum* haud tuto commearent, vero erat simile huic *Georgio* tradituros esse aut litteras, aut mandata, eam rem deinde non ita occultam fore, quin aliquid deprehendatur. *Georgio* litterae a coniuratis datae tam ad *Brancovanum* Principem, quam ad caeteros Barones, praecipue ad *Constantinum Cantacuzenum Valachiae* Stolnicum. Nihil illis in litteris aperte, nihil malitiose: caetera verbis mandata. Vt *Bucurestum* venit *Lupulus*, per certos homines *Georgium* obseruat: ad quos adierit, qui ad eum ventitarint, quos aut ipse aut alii sermones sererent. Satis exploratis omnibus, sexto die legatione defunctus *Iassios* reuenit.

CAPVT VIII.

Postquam *Constantinus* Princeps coniuratos clementia non modo non commoveri, sed etiam exasperari sensit, ne aut ipse senectutem tot dolis sollicitam furoribus improborum obiiceret, aut filios suos moriens tanto relinqueret in tumultu, sedandis motibus seueritatem adhibendam pu-

свою свиту нетокмо Боярскихъ дѣтей, но одного изъ числа заговорщиковъ, именно же *Георгія Апостола Митроца* сына. Ибо посылку пересылать къ *Бранкопану* писемъ почитали они дѣломъ опаснымъ; то надобно было думать, что нетокмо оныя, но и нѣкоторыя приказанія имѣютъ быть препоручены оному *Георгію*; а симъ способомъ могли бы нѣкоторые тайные замыслы обнаружены быть. И въ самомъ дѣлѣ не преминули заговорщики послать съ *Георгіемъ* письмо какъ къ *Бранкоиану* Господарю, такъ и къ прочимъ Боярамъ, а наипаче къ *Константину Кантакузину Волошскому* Стольнику. Не было однако въ сихъ письмахъ ничего явнаго, и ничего подозрительнаго: ибо о прочемъ приказано было на словахъ. *Лупулъ* пріѣхавъ въ *Букурешты*, чрезъ достовѣрныхъ людей примѣчаетъ за *Георгіемъ*, куда онъ самъ, и кто къ нему приходитъ, о чемъ онъ и другіе разглашаютъ; и по довольномъ всего испытаніи въ шесть дней исправивъ свое посольство возвращается въ *Ясы*.

ГЛАВА VIII.

Видя Князь *Константинъ*, что зломышленники снисхожденіемъ его нетокмо не приходятъ въ чувство, не еще паче свирѣпѣютъ; то дабы ни старости своей толикими угнѣтаемой злохищреніями не подвергнуть лютости нечестивыхъ людей, ниже по смерти оставить дѣтей своихъ въ толикомъ возмущеніи, заблагоразсудилъ употребить всю строгость къ

укро-

putavit. Id ne socii coniurationis persentiscerent, nuptias filiae, quam *Petro Myronis* filio desponderat, in mensem Novembrem viget. *Myron* in agros suos discedit, specie apparandi nuptias, revera vt ad meditatum facinus arma conquireret, sociis suas cuique partes attribueret. Eodem erat venturus *Veliscа*. Erat enim constitutum inter eos, vt ipsis in nuptiis Principem adorti, cum filio et genero fidisque amicis obtruncarent. Contra ea *Constantinus* Princeps diu atque multum secum deliberabat: opprimeretne sceleratos ante nuptias, an deprehensos cum armis de medio tolleret ipsis in nuptiis. Metuens denique, ne quid inopinati inter nuptiarum apparatum accideret, antevertere constituit. Vbi *Myron* discessit, *Veliscam* iubet *Iassiis* ad tertium diem commorari, *Basilium Gaurilici* filium summum Vornicum inferioris *Moldaviae* publici caussa negotii ablegat. Nondum abierat *Basilius*, cum *Constantinus* Princeps *Lupulo* genero suo negotium dat, vt *Georgium Apostolum*, qui sororem *Lupuli* in matrimonio habuerat sine prole, ad *Stephanum* stabuli praefectum sub vesperam deducat commessatum: *Demetrio* autem filio mandat, quid sub coenam interrogaturus sit, quid responderi velit. Vbi consederunt, *Constantinus*: *quid caussae est Demetri fili*, inquit, *quam ob*

rem

укрощенію сихъ мятежей. А дабы не провѣдали о семъ зломышленники прежде, то бракъ своей дочери обрученной *Петру Миронову* сыну отложилъ до ноября мѣсяца. *Миронъ* отъѣзжаетъ въ свою маетность подъ видомъ приготовленія къ свадьбѣ, а въ самой вещи для сбору войска къ своему зломышленію, и для разпредѣленія онаго на части своимъ сообщникамъ. Туда положено пріѣхать и *Велиску*. Ибо такъ они между собою условились, чтобъ во время самой свадьбы напавъ на Князя, нетокмо его самаго, но сына, зятя и вѣрныхъ его друзей всѣхъ перерубить. Напротивъ того *Князь Константинъ* долго колебался мыслями, до свадьбы ли разторгнуть ему ковъ злодѣевъ, или нашедъ ихъ вооруженныхъ посредѣ самой свадьбы всѣхъ переказнить. Наконецъ опасаясь, дабы въ самое время брачнаго пиршества не приключилось чего чрезвычайнаго, заблагоразсудилъ оное предупредить. По отъѣздѣ *Мирона* приказываетъ Князь *Велиску* обождать три дни въ *Ясахъ*, а *Василья Гаприлова* сына великаго Ворника нижней *Молдавіи* отправляетъ для исполненія общественнаго нѣкоего дѣла. Еще *Василій* не выѣхалъ изъ города, какъ вдругъ *Князь Константинъ* повелѣваетъ *Лупулу* своему зятю, дабы онъ *Апостола Георгія*, который женатъ былъ на бездѣтной *Лупуловой* сестрѣ, пригласилъ на ужинъ къ главному Конюшему *Стефану*. *Димитрію* же сыну своему даетъ знать, о чемъ онъ за столомъ намѣренъ его спрашивать, и что ему на то должно будетъ отвѣтствовать. Какъ только сѣли за столъ, то Князь *Константинъ* спросилъ у сына своего: *Какая тому при-*

rem nemo Baronum ad coenam adsit — Demetrius: *apud Stephanum hac nocte caenare.* Hic primum *Constantinus*, veluti ira exardescens; mox placato subridens animo: *repetiturum se*, ait, *esse poenam ab iis, qui consvetudinem suam derelinquant, privatas coenas sectentur: vel invitos secum coenaturos.* Iubet scribi mandatum: *ut protinus omnes Stephani convivae adessent, multamque singuli denos aureos summo Camerario dependerent.* Eo cum mandato Camerarius *Stephani* domum, quae in propinquo Palatii erat, adit, deprehendit chartis ludentes, mulctam poscit, ad Principem citat. Excipitur multo cum ioco, et *Lupulus* primus decem aureos dependit, pro reliquis spondet: *proditi sumus fratres*, inquit, *nolentibus volentibus coenandum cum Principe erit, quare hinc in aulam concedamus.*

Vt adfuerunt, *Constantinus* corporis custodibus occulto mandato praecipit, ne quem deinceps aut intrare palatium, aut exire finerent. Primus adest *Lupulus*, secundum eum *Stephanus*, *Georgius* restitit. Princeps veluti subiratus in *Lupulum* invehitur: *quid hoc negotii est*, inquit, *cui ego hodie ut ad coenam adesses praecipi, nihili mea mandata duxisti?* — *Lupulus* peccasse

ait,

причина Димитрій. *что никого нѣтъ изъ Бояръ къ ужину?* — *Сего дня*, отвѣтствуетъ онъ, *положено ужинать у Стефана.* Услышавъ о семъ *Князь Константинъ*, сперва будто бы съ гнѣвомъ, а потомъ кротко съ усмѣшкою говоритъ: *не избѣгнутъ наказанія тѣ, кои забывъ свою должность, приятныхъ людей ужинъ предпочли моему столу, но и по неволѣ будутъ они теперь со мною ужинать.* Сказавъ сіе повелѣваетъ написать приказаніе: дабы всѣ бывшіе у *Стефана* гости немедленно къ нему явились, и каждой бы изъ нихъ заплатилъ великому Постельнику штрафу по десяти червонцевъ. Съ таковымъ приказаніемъ поспѣшаетъ Постелѣникъ въ *Стефановъ* домъ, отъ дворца не въ дальнемъ разстояніи находящійся, гдѣ заставъ всѣхъ играющихъ въ карты, требуетъ отъ нихъ денежнаго штрафа, и понуждаетъ итти къ Князю. Посланный принятъ былъ съ великою насмѣшкою, однако *Лупулъ* первой отщиталъ десять червонцевъ, а въ платежѣ прочихъ себя представилъ порукою. Потомъ, *погибли мы братцы*, говоритъ, *теперь или по волѣ, или по неволѣ должны будемъ ужинать съ Господаремъ, для того пойдемъ отсюда по здорову.*

По приходѣ ихъ, *Князь Константинъ* тѣлохранителямъ своимъ тайно приказываетъ, дабы они больше ни въ комнаты ни изъ комнатъ никого не выпускали. Первой входитъ *Лупулъ*, за нимъ слѣдуетъ *Стефанъ*, а *Георгій* остановился. Князь съ притворнымъ гнѣвомъ выговариваетъ *Лупулу*: *для чего ты, будучи званъ сего дня ко мнѣ на ужинъ преступилъ мои повелѣнія?* — *Лупулъ* признаетъ

ait, veniam petit. *Tum te*, Princeps inquit, *Stephane, qui mecum assidue esse soles, sane non fugit neque musicis concentibus me admodum delectari, neque vino, sero autem ad corpus curandum discedere, itaque his praesertim productioribus noctibus aut tuo colloquio recreari, aut huius Demetrii* (própe enim adstabat filius), *qui ad mediam noctem seu veterum historiarum monumenta recitat, siue e sanctissimis scripturis aliquid de Slavonico Moldavice interpretatur, seu Iohannis Chrisostomi conciones legit: quid tu a mea consuetudine abhorres? donos aureos mulctam vobis dixi: qui alii vobiscum fuere?* Illi, *neminem, alium*, dicunt, *quam Georgium Apostolum: eum etiam adesse.* Iubet intrare Princeps et omnes mensae adsidere. Post brevem moram consurgunt. Princeps semotis omnibus *Demetrio* filio iubet, vt vigiliarum praefectum cum Segbanorum cohorte ad *Basilium Gaurilici* filium et *Veliscum* capiendos cum mandatis mittat.

Dum haec parantur, *Georgium* in interius conclave ad se vocatum, composito ad severitatem vultu sic adfatur: *quo in honore mecum fueris, Georgi, quo ego amore caeteros omnes, quam paterno dilexerim, puto te recordari: quae vos intemperies in caput meum coniurare coegit? quae insania parricidium suasit? Constricta tenetur*

vestrum

вину и проситъ прощенія. *А ты*, продолжаетъ Князь, *Стефанъ! ты находясь почти безвыходно со мною, конечно позабылъ, что какъ я ни музыкальными увеселяюсь орудіями, ни въ питьѣ препровождаю ночи, спать же ложусь поздно, то въ сіи наипаче длинныя осеннія ночи вся моя забава или въ разговорахъ съ тобою, или* (указывая на близъ стоящаго сына) *съ симъ Димитріемъ, который до полуночи иногда разсказываетъ мнѣ достопамятности древнихъ Исторій, иногда переводитъ что нибудь изъ священнаго Писанія съ Славенскаго языка на Молдавскій, иногда читаетъ бесѣды Іоанна Златоустаго: для чего же ты бѣгаешь отъ меня? — Я наложилъ на васъ по десяти червонцовъ штрафу. — Кто еще былъ съ ними? — Никого*, отвѣтствуютъ, *кромѣ Георгія Апостола, но и тотъ здѣсь.* Князь повелѣваетъ всѣмъ войти и сѣсть за столъ. Какъ посидѣвъ не много встали, то Князь отозвавъ всторону сына своего *Димитрія*, приказываетъ ему послать съ письменнымъ повелѣніемъ начальника надъ стражею съ полкомъ Сегбановъ для приведенія къ себѣ *Василія Гаврилихова* сына и *Велиска.*

Во время сего приготовленія призвавъ Князь къ себѣ во внутреннюю комнату *Георгія*, съ строгимъ видомъ начинаетъ говорить: *я думаю помнишь Георгій, въ какомъ ты былъ у меня почтеніи! памятно тебѣ должно быть и то, какую отеческую любовь являлъ я къ прочимъ? Какая же враждебная сила понудила васъ сдѣлать заговоръ*

vestrum omnium coniuratio, *patent consilia*, *fallere me non potes*, *non patiar*: *age nunc*, *quae in legatione apud Brancovanum in mandatis habueris a globo illo vestro*, *expone*: *ne quid dissimules*: *per vitam filii*, *quem adstare solum vides*, *iuro*, *istam consociationem fraudi tibi non fore*: *at fallenti et tormenta parari et vitae*, *quem meritus es*, *exitum*. Haec ita perculerunt *Georgium*, vt veluti mente alienata, sensibusque turbatis in terram concideret. Cum ad se rediit, veniam iterum iterumque, petens, ex ordine omnia, quae in nuptiis *Velifcae* acta, quae consulta mandataque ad *Constantinum Cantacuzenum* a *Myrone*, *Velisca* et *Basilio* habuerit, refert: *paratos se esse in nuptiis super ipsa mensa adoriri Principem*, *Demetrium filium et generum Lupalum*, *Georgium Protovestiarium*, *Alexandrum Posteinicum etRanciotam aliosque amicos trucidaturos*: *petituros deinde Valachiam*, *litterisque accusaturos Principem apud aulam Othomanicam*, *quasi defectionem ad Polonos parasset*: *responsum accepisse a Brancovano Principe*, *praebiturum se perfugium et opem*, *Veliscamque in*

Prin-

противу моея жизни? Какое бѣшенство поострило васъ къ отцеубийству? Изобличился весь вашъ заговоръ: извѣстны стали всѣ ваши злые умыслы: обмануть меня ты не можешь, да я и не попущу: открой же мнѣ теперь, какія ты во время посольства къ Бранкопану имѣлъ отъ сообщниковъ своихъ приказанія: Не скрывай ничего: и я клянусь тебѣ жизнію предстоящаго здѣсь одного только сына моего, что открытіе вашего заговора не нанесетъ тебѣ бѣдствія: въ противномъ же случаѣ за обманъ понесешь жестокія мученія и самую смерть, коея ты достоинъ. Сіе столько поразило Георгія, что онъ какъ бы изумленный и безпамятный упалъ на землю. Потомъ пришедъ въ себя, съ подобострастіемъ проситъ у Князя прощенія, и объявляетъ ему подробно все, что ни происходило во время свадьбы Велиска, и какіе ему ввѣрены были совѣты и приказанія отъ Мирона, Велиска и Василія къ Константину Кантакузину. Мы, говоритъ онъ, условились во время самаго брачнаго пиршества за столомъ напасть и убить тебя, сына твоего Димитрія, зятя Лупула, Георгія Одеждохранителя, Александра Постельника, Панаіота и прочихъ друзей твоихъ; потомъ намѣрены были отправиться въ Валахію, и письменно увѣдомить Турецкой дворъ о твоемъ Князь къ Полякамъ предательствѣ; бывъ отъ Господаря Бранкована увѣрены, что онъ намъ дастъ у себя убѣжище и вспоможеніе, а Велиску доставитъ Княженіе

Principatu collocaturum. Hoc indicium Princeps iubet, vt manu sua accurate perscribat. Nominati ab eo omnes, qui consilium consociaverant. Iam et *Basilius Gaurilici* filius aderat et *Velisca*: iussus *Georgius* in averso conclavi custodiri. Primus introductus *Basilius*, *Georgii Apostoli* indicium porrigente Principe, legit: inde ad pedes Principis sese abiicit, crimen fatetur. Princeps, qui patrem eius impense dilexerat, *nisi*, inquit, *mecum constituissem*, *Gaurilici*, *tam cari quoad vixit*, *capitis*, *generi parcere*, *hoc ego te gladio* (gladium paulo commotior eduxit) *traiicerem ingrate*, *qui tantum nefas ausus vitae meae insidiantibus te aggregasti*: *nunc vivere te iubeo*, *si quae Georgius confessus est*, *et ipse confitearis*. Ille tum ea adfirmavit, tum alia, quae *Georgio* aut parum fuerant nota, aut exciderant. Abducto *Basilio Velisca* occurrit: *quid Basili*, *quid est*, ait, *quod de media nocte cum praesidio deducti sumus?* Nescire se dicente *Basilio*, *Velisca* ad Principem composito ad hilaritatem vultu intrat: *quod Deus avertat*, incipit prior, *credo ego aliquid repentinae et magnae rei ab finibus Moldavis nunciari*. Princeps: *litteras has cognosce*, *et quid tibi videatur edisse*. Legit ille

въ Молдавіи. Таковой доносъ приказываетъ ему Князь своеручно написавъ подать. Тутъ всѣ поименно заговорщики бунта были означены. Уже приведены были *Василій Гаврииликовъ* сынъ и *Велиска.* Тогда приказано *Георгія* въ другой боковой комнатѣ держать подъ карауломъ. Первый вошелъ *Василій*, сей прочитавъ *Георгія Апостола* доносъ, поданной ему отъ Князя, повергся къ его ногамъ съ признаніемъ вины своей. Князь любившій чрезмѣрно отца его говоритъ: *Естьли бы я не хотѣлъ пощадѣть роду Гаврилика, толь любезнаго мнѣ по смерть свою мужа, то бы симъ мечемъ* (обнаживъ оной тогда въ ярости) *пронзилъ тебя неблагодарчаго, которой согласясь на такопое беззаконіе, присталъ къ числу ищущихъ моея жизни: но нынѣ дарю тебя жизнію, ежели только признаешся по всемъ томъ, въ чемъ признался Георгій.* Онъ не только все сіе подтвердилъ, но и то еще открылъ, о чемъ *Георгій* или мало былъ свѣдомъ, или не вспомнилъ. По отведеніи *Василія* встрѣчается съ нимъ *Велискъ. Что это Василій*, говоритъ онъ, *зачемъ насъ въ полночь подъ стражею сюда привели?* Какъ *Василій* ему отвѣчалъ, *что онъ ничего не знаетъ*, то *Велискъ* принявъ на себя веселый видъ, и представъ Князю, начинаетъ прежде говорить: *нѣтъ ли, чего Боже сохрани, какого изъ границъ Молдавскихъ извѣстія о какомъ нибудь нечаянномъ и важномъ произшествіи? — Узнавай*, отвѣтствуетъ Князь, *сіе письмо, и что ты объ ономъ думаешь, скажи.* Съ печальнымъ видомъ читаетъ *Велискъ* оной до-

ille indicium non ſine vultus conſternatione: lectis iis, iterum Princeps, *quid ei videatur*, quaerit. Reſpondit *Veliſca* ſerociter: *mirari ſe, quid iſta pueris magis digna Princeps prudentiſſimus et ſenex conſectetur, credidiſſe ſe de ſumma Reipublicae agi, Tataros aut alios hoſtes adeſſe, eo de media nocte citari: caeterum quid hic ſcriptum ſit, ſe non intelligere*. Vrgente Principe, vt etiam atque etiam cognoſcat, *Veliſca*, plenus ſimulata ira chartas in menſam abiicit, veluti nihil ad ſe pertinentes. Quo facto Princeps irritatus, ſceptrum ei infligit: neque enim fas eſt Baronem etiam nocentem percuti, niſi a Principe: inde in vincula parricidam duci iubet. E conclavi egreſſus ad circumſtantes laeto vultu *puerilia tractare Principem, ſenem et vaniſſimis delatoribus aurem praebere* vociferatur. Vt in carcerem ſe abripi ſerio ſenſit, a ferocia remittens, petit vt ſibi convenire Principem liceat. Non admiſſus eſt: *Stephano* ſtabuli magiſtro iubetur dicere, quae velit. Nihil aliud dicebat, „quam diras ſeſe im-„precari *Brancovano* Principi et *Myroni* fratri, „qui tantam toti familiae cladem inflixerint: „orare ſe, vt cum coniuge ſua Princeps cle-„menter agat, neque eam bonis omnibus

„ſpo-

доносъ. По прочтеніи коего паки Князь спрашиваетъ: *какъ ты о семъ думаешь?* — *Удивляюсь*, съ ожесточеніемъ *Велискъ* говоритъ, *что ты будучи Князь благоразумнѣйшій и престарѣлый производишь малымъ ребятамъ больше свойственныя дѣла; я думалъ, что дѣло идетъ о какой нибудь общественной важности, что Татары или другіе какіе непріятели напали на насъ, и что для сего-то мы въ полночь собраны: впрочемъ, что здѣсь написано, я не понимаю.* *Велискъ* будучи всячески понуждаемъ отъ Князя къ признанію своея вины, съ притворнымъ гнѣвомъ бросаетъ на столъ бумагу, будто бы до него нимало некасающуюся. Князь раздраженный таковымъ его поступкомъ, ударяетъ его своимъ жезломъ (ибо бить Боярина хотя виноватаго, никто кромѣ Князя не имѣетъ права); потомъ приказываетъ заключить сего отцеубійцу въ оковы. Съ веселымъ видомъ выступивъ *Велискъ* изъ комнаты, вопитъ къ предстоящимъ: *старикъ нашъ Князь начинаетъ младенчествовать, принимая ничего незначущіе доносы.* Но видя, что въ самомъ дѣлѣ ведутъ его въ темницу, отложивъ свирѣпость, проситъ позволенія видѣться съ Княземъ: его къ нему недопустили, а сказано, чтобъ онъ, о чемъ хочетъ, изъяснился *Стефану* главному Конюшему. Однако и сему ничего больше онъ не говорилъ „ какъ только проклиналъ *Бранкопана* „ и *Мирона* брата, причинившихъ толикую „ гибель цѣлой фамиліи: просилъ Князя явить „ женѣ его всякую милость, и не отнимать у ней „ всего имѣнія, дабы она могла расплатиться

„ ſpoliet: magnum aes alienum habere, vt no-
„ mina diſſolvi patiatur: ſupplicium minime ſe
„ deprecari, quando ſummis beneficiis adſectus
„ in vitam Principis atque dignitatem con-
„ ſpiravit.

Coniectus etiam *Baſilius* in carcerem: *Ioannes Myronis* filius maior ſummo Camerario cuſtodiendus datus: ad *Myronem* centurio cum militibus, alii ad alios comprehendendos miſſi. Illa nocte, qua *Baſilius* domi ſuae a militibus comprehenſus eſt, *Lupulus Gaurilici* filius ſervum cum litteris ad *Baſilium* fratrem deſtinaverat. Is vt vidit domum ab armatis teneri, inde a porta confeſtim ad *Lupulum* redire feſtinat: exponit, quem tumultum repererit, cauſam ignorare, neque quaerere auſum, ne detineretur. Eo nuncio caeteris communicato, *Lupulus* ea ipſa nocte ſuis relictis in *Valachiam* fugit, caeteri pro ſe quisque enixe eodem ſe recipiunt. *Nicolaus Myronis* filius, quem pater *Conſtantinopolin* miſerat, quanquam quae fierent reſcivit, tamen in *Barlado* ſubſtitit: inde a ſatellitibus *Iaſſios* deducitur. Qui ad *Myronem* miſſi fuerant, ſummo in luctu ſenem inveniunt, defuncta ſuperiori nocte coniuge. In mandatis Principis nihil aliud ſcriptum erat, quam vt acceleraret in vrbem. Igitur orat ſatellites, vt aliquantum morae ſibi concederent ſepeliundae coniugis: *Petrum* vero filium illico

ad

„ съ заимодавцами, коихъ онъ много у себя „имѣлъ: въ разсужденіи же наказанія не просилъ „помилованія, когда будучи много облагодѣ„тельствованный, вооружился на жизнь и на „честь своего Господаря.

Равнымъ образомъ и *Василій* посаженъ былъ въ темницу: *Иванъ* большій *Мироновъ* сынъ верховному Постельнику отданъ подъ стражу: къ *Мирону* отправленъ съ салдатами Капитанъ: для забранія же прочихъ разные посланы приставы. Въ ту самую ночь, въ которую *Василій* схваченъ былъ въ своемъ домѣ, братъ его *Лупулъ Гаприликовъ* сынъ отправилъ къ нему служителя своего съ письмомъ. Посланный увидя окруженный вооруженными воинами домъ, въ тотъ же самой часъ отъ воротъ обратно скачетъ къ *Лупулу* и объявляя ему видѣнное смятеніе: *не знаю*, говоритъ, *причины сему, да испросить не отважился, дабы и самому не быть захвачену.* *Лупулъ* сообщивъ сію вѣдомость своимъ единомышленникамъ, въ ту самую ночь оставивъ все, побѣжалъ въ *Валахію*; куда и прочіе для спасенія своего скрылись. *Николай* же *Мироновъ* сынъ посланный отъ отца въ *Константинополь*, хотя узнавъ о всемъ произшествіи остановился было въ *Барладѣ*; однако разсыльщиками приведенъ въ *Ясы*. Посланные же къ *Мирону* находятъ сего престарѣлаго мужа въ горкихъ слезахъ, по причинѣ умершей въ прошедшую ночь его жены. Но какъ приказаніе Княжое состояло въ томъ, чтобъ онъ немедленно явился въ городъ: то онъ упрашиваетъ разсыльщиковъ, дабы они дали ему нѣсколько времени для погребенія жены

 своей:

ad Principem amandat cum lamentabili de casu coniugis epistola: cum filio fidum servum ire iubet, qui, si quid ejus sit, quod suspicabatur, citatis equis ad se deferret. Satellites, qui non satis sciebant, quo mandata Principis pertinerent, Petrum vero desponsam habere Principis filiam recordarentur, lacrymis senis locum dant, aditus omnes domus custodiunt.

Proxima nocte *Velisca* e carcere deductus ante portam aulae capite plectitur: cadaver eodem in loco vestimentis operitur. Eo cum *Petrus* nocte tota itinere facto, dubia luce venit, dum vigiles citat, erat enim supremus *Camerarius*, cui omni tempore porta aperiri solet, haud longe ad fontem in tenebris cadaver videt, de equo descendit, vestimenta removet serica, tangendo tractandoque sentit virum esse, donec servus palpando *Veliscam* agnovit. Et servus quidem iam non obscuro periculo, eadem, qua venerat via, ad *Myronem* redit. *Petrus* vt aulam intravit, recta ad *Demetrium* plenus lacrymis ingreditur, *Veliscam* se vidisse ante portam abiectum, mirari quid prodigii sit. *Demetrius*: *nescire se quid acciderit*

своей: а сына своего **Петра** тотъ же самой часъ отправляетъ къ Князю съ печальною вѣдомостью о смерти супруги своей. Съ сыномъ же посылаетъ вѣрнаго своего служителя, наказавъ ему, чтобы, есть ли что нибудь до него касающееся (ибо начиналъ подозрѣвать) откроется, поскорѣе его увѣдомилъ. Разсыльщики съ одной стороны не зная совершенно, къ чему клонились Княжія приказанія, съ другой же вѣдая то, что **Петру** обручена въ невѣсты Княжая дочь, исполнили волю его престарѣлаго мужа, однако всѣ выходы дому его запереть не преминули.

Въ слѣдующую ночь **Велискъ** по изведеніи изъ тюрмы, предъ воротами дворца казненъ, и поверженный на томъ же мѣстѣ трупъ покрытъ былъ его одеждою. **Петръ** всю ночь употребивъ въ пути, на самомъ разсвѣтѣ пріѣзжаетъ въ **Ясы**. И между тѣмъ какъ приказываетъ часовымъ отворить себѣ вороты, (ибо онъ бывъ верховнымъ Постельникомъ во всякое время невозбранной имѣлъ входъ) усматриваетъ сквозь мракъ не въ дальнемъ разстояніи отъ полатъ лежащей трупъ, сходитъ съ лошади, снимаетъ съ лежащаго шелковое платье, прикасается, поворачиваетъ, и ничего иного не видитъ, какъ только мужской трупъ. Но слуга ощупью узнаетъ, что то былъ **Велискъ**. Явную таковую бѣду увидя, тѣмъ же, по которомъ ѣхалъ пути, поспѣшаетъ слуга къ **Мирону**: а **Петръ** вступивъ во дворецъ спѣшитъ прямо въ слезахъ къ **Димитрію**; повѣдая ему съ крайнимъ удивленіемъ, что онъ видѣлъ **Велискова** тѣло поверженное у воротъ. **Димитрій** на сіе, *не знаю*, отвѣтствуетъ,

что

a patre *cognosci posse, vbi de lecto surrexerit.* Servus *Myronis* vt in villam venit, satellites interim quod erant suspicati, vnde veniat, quid egerit, quaerunt: negat pedem se extulisse: mox ad sacerdotes e vicinia accersendos missum se ait: tandem fustibus laceratus, verum fatetur. Neque ita multo post mandata Principis per *Macrum* Postelnicum missa superveniunt, vt *Myronis* caput abscinderetur: tempus tantummodo relictum consulendi animae, litterisque scribendis ad Principem, in quibus culpam fassus, filios vt innocentes ignarosque conspirationis excusavit. Supplicio adfectus eodem in monumento, cum vxore componitur. *Veliscam* Princeps tertio die, postquam neci dederat, coniugi sepeliendum concessit.

Lupulus Gaurilici filius, *Antiochus Zora*, *Paulus Bozoranul* caeterique, qui ad *Brancovanum* Principem fugerant, ab eo comiter accepti, adiutique opibus *Hadrianopolin* ad Sultanum *Ahmetem Ibrahimi* filium sese conferunt, et Provinciae *Moldavicae* nomine libellum (*) tra-

(*) Talem libellum supplicem غارماغغار *Arzmahzar* vocant, qui a tota Provincia aut toto exercitu sive Sultano, sive Vesirio traditur: cum e contrario ارضاحال *Arzehal* privati hominis libellus est.

что такое произошло, *но ты можешь о семь вѣдать отъ Родителя моего*, *какъ скоро онъ проснется*. Слуга *Мироновъ* возвратившейся въ деревню, находившимся тамо разсыльщикамъ подавъ о себѣ подозрѣніе, распрашиванъ былъ, откуда онъ пріѣхалъ, и зачемъ посыланъ? Сперва онъ отвѣтствовалъ, что никуда не ѣздилъ, потомъ сказалъ, что посыланъ былъ звать священниковъ поблизости живущихъ: а наконецъ будучи палками битъ открылъ имъ всю правду. Не въ долгомъ времени присланъ былъ съ *Махромъ* Постельникомъ указъ повелѣвающій отсѣчь *Мирону* голову. Однако дано было столько ему времени, что бы принесть покаяніе, и изготовить къ Князю письмо, въ коемъ подробное принесши въ винѣ своей сознаніе, дѣтей яко невинныхъ и злоумышленію непричастныхъ, оправдалъ. Такимъ образомъ бывъ казненъ, положенъ въ одной гробницѣ съ своею женою, а *Велиску* въ третій день по убіеніи его дозволено отъ Князя погребсти его женѣ.

Лупулъ Гаприликовъ сынъ, *Антіохъ Зора*, *Папелъ Бозорануль* и прочіи бѣжавшіи къ Господарю *Бранкопану* будучи отъ него ласково приняты и снабдѣны всѣми потребностями отправляются въ *Адріанополь* къ *Султану Ахмету*, *II*. *Ибрагимову* сыну, и именемъ всего Молдавскаго Княжества подаютъ ему челобитную (*) слѣдующаго содержанія:

„Пер-

(*) Прошенія подаваемыя отъ цѣлой Провинціи или отъ всего войска Султану или Визирю называются по Турецки *Арзмачаръ*, отъ приватнаго же человѣка *Арзчалъ*.

tradunt eam in sententiam: „ nonnullos primi „ ordinis et summae fidei Barones, cum vi„ derent *Constantinum* Principem cum consiliariis „ suis, non modo populum acerbe multis sup„ pliciis et incredibili crudelitate divexare, vita „ spoliare et fortunis, sed etiam clandestinis „ artibus rem ad *Polonos* trahere, sacramenti „ fideique religione, qua Sultano devincti sunt, „ motos palam obstitisse conatibus Principis, „ et Provinciae calamitatem summo periculo „ suo depellendam iudicasse: eius rei impa„ tientem *Constantinum* multo ferocius desaevisse: „ alios Baronum vita privasse, alios in foedis„ simos abstrusisse carceres, et bonis exuisse, „ et tormentis subiecisse: alios fuga quaesisse „ salutem. Nunc Sultani iustitiam atque opem „ implorare, vt *Constantinus* Princeps de gradu „ moveatur, quo cum eo in iudicio disceptare „ queant: quoad in dignitate relinquatur, ne„ minem metu eius saevitiae ausurum quaerelas „ deferre, aut de pessimis eius consultis pro „ testimonio aliquid dicturum: orare quoque „ Sultanum, vt de vicino *Valachiae* Principe „ *Brancovano* atque de *Seliбriae* Seraskiero cog„ noscat, quantam tyrannidem *Constantinus* in „ Provincia exercuerit; sin Sultanus e re sua „ esse ducat, vt in Principatu persistat, petere, „ vt sibi locum quemcunque in Imperio con„ cedat, quo se, coniuges suas liberosque „ et quidquid e naufragio fortunarum relictum

„ est,

,,Перваго степени и отличной вѣрности нѣ-
,,которые Бояре видя, что *Князь Констан-*
,,*тинъ* съ своими совѣтниками не токмо без-
,,человѣчно многими пытками и неслыханною
,,жестокостiю мучитъ народъ, лишаетъ жиз-
,,ни и имѣнiя, но и самъ тайно умышляетъ
,,предаться къ *Полякамъ*; и будучи подвигну-
,,ты соблюденiемъ священной клятвы и вѣр-
,,ности, коею обязаны Султану, не токмо
,,начали явно противиться намѣренiямъ его
,,Князя, но и заблагоразсудили собственною
,,своею опасностiю избавить отъ гибели все Го-
,,сподарство. Сего не стерпя *Константинъ* силь-
,,нѣе еще умножилъ свою свирѣпость, повелѣ-
,,вая иныхъ Бояръ лишить жизни, у другихъ
,,отнявъ имѣнiе заключить въ зловонныя тем-
,,ницы, и предать на мученiе, прочiе же спас-
,,лися бѣгствомъ. Правосудiя и милости про-
,,симъ мы нынѣ отъ Султана: да лишенъ бу-
,,детъ *Князь Константинъ* Господарскаго
,,достоинства прежде, нежели мы станемъ съ
,,нимъ на судѣ. Ибо, пока онъ пребудетъ въ
,,своемъ чинѣ, никто, страшась его свирѣпо-
,,сти, не осмѣлится предложить жалобы, или
,,сказать чтонибудь въ засвидѣтельствова-
,,нiе гнусныхъ его предпрiятiй. Просимъ и па-
,,ки Султана, дабы благоволилъ отъ *Волош-*
,,*скаго* сосѣдственнаго Господаря *Бранкоиана*
,,и отъ *Селистрiйскаго* Сераскера развѣдать,
,,коль страшное *Константинъ* произвелъ въ
,,*Молдавiи* тиранство. Ежели же Султанъ за-
,,благоразсудитъ оставить его въ прежнемъ до-
,,стоинствѣ, то просимъ дать намъ въ Импе-
,,рiи своей какоенибудь убѣжище, гдѣ бы мы
,,съ женами, дѣтьми и съ оставшимся послѣ

,,сего

„ est, conferant: denique malle se ad trire-
„ mes condemnari, quam illo Principe redire
„ in patriam „. Eodem tempore *Buiuculus Mu-
stapha Passa Seraskierus, *Braikovani* instinctu
litteras ad Vesirium mittit, in *Moldavia* multos
Boiaros (sic Barones vocant *Turcae*) a Prin-
cipe necatos, alios in vinculis teneri, quos-
dam fuga se eripuisse; quae eius rei caussa
sit, nihil certi comperisse, daturum operam vt
cognoscat.

Constantinus Princeps quod erat futurum,
animo praevidens, cognito Baronum e *Valachia*
discessu, legatos et ipse misit *Hadrianopolin*
Lupulum Hetmanum generum, *Alexandrum* Po-
stelnicum et *Georgium Rossetum* Protovestiarium
cum brevibus mandatis ad *Arabusum* Ali Pas-
sam, qui *Coprilo* ad *Islamencamam* caeso suc-
cesserat: „ ex Sultani voluntate se latrocinia
„ graviter coërcuisse, et ad quatuor millia pre-
„ donum diversis suppliciis de medio sustulisse:
„ cum inter Barones suos essent, qui latrones
„ clam foverent, iudicasse sese in eos vt pro-
„ ditores animadvertendum, vt Provincia pa-
„ cata Principatum e Sultani sententia admini-
„ straret: contra vero istos arma parasse et
„ adorituros se fuisse, nisi occasionem vindictae
„ occupasset: eam rem constare sibi indicio
„ eorum, quos in vinculis detineat: ergo duos

„ fratres

„сего мятежа имѣнiемъ могли поселиться.
„Наконецъ лучше желаемъ сосланы быть на
„галеры, нежели при ономъ Князѣ возвратиться
„ся въ отечество„. Въ то же самое время
и *Баюкулъ Мустафа Паша* Сераскеръ по
наущенiю *Бранкопана* отправилъ къ Визирю
письма, извѣщающiя: что Молдавскiй Господарь
многихъ Бояръ казнилъ, другихъ содержитъ
въ оковахъ, а иные разбѣжались; но
какая бы тому была причина, объ оной хотя
еще достовѣрно онъ и не вѣдаетъ, не преминетъ
однако изслѣдовать.

Князь *Константинъ* предвидя будущее,
паче же извѣстясь объ отъѣздѣ Бояръ изъ *Валахiи*,
отправилъ и самъ въ *Адрiанополь* въ
послахъ *Лупула* Гетмана своего зятя, *Александра*
Постельника, и *Георгiя Россета* Одеждохранителя
къ *Аравазѣ Аги Пашѣ*, заступившему
мѣсто убитаго при *Изламенкамѣ
Купрули* съ краткимъ таковымъ объявленiемъ:
„дабы пресѣчь грабежи, употребилъ я, по воли
„моего Султана, всю строгость, и около четырехъ
„тысячь разбойниковъ различными истребилъ
„наказанiями. Нашлись однако и изъ
„Бояръ моихъ такiе, кои укрывали у себя
„оныхъ разбойниковъ; и потому я за долгъ почелъ
„за ними равно, какъ за измѣнниками примѣчать,
„дабы возставивъ въ Княженiи моемъ
„тишину, удобнѣе могъ онымъ управлять
„по желанiю Султана. Но Бояре напротивъ того
„вздумали вооружиться противу меня, и
„лишили бы жизни, естьли бы я не предварилъ
„ихъ замыслы мщенiемъ, бывъ предувѣдомленъ
„объ ономъ злоухищренiи отъ тѣхъ
„самихъ, кои нынѣ содержатся въ оковахъ.

„ fratres auctores conspirationis flagitium vel „ manu vel ore confessos capite poenas luisse; „ alios in carceribus retineri, quod *Turcis* quibusdam grandem pecuniam, quam mutuum „ accepere, persolvi prius velit, quam iustum „ de parricidis supplicium sumatur: nonnullos „ e manu sua elapsos in *Valachiam*, atque incertum cuius impulsu inde ad Sultanum se „ delaturos, quo meditatam diu pestem in se „ domumque suam conflare possit „. Vesirius vt legit Principis epistolam, Ianizariorum Agae *Daltabano Mustaphae Passae* clienti suo negotium dat, vt Barones supplices in iudicium adducat: is, vt erat imperatum, ex hospitiis in Divanum rapit. Et illi quidem libellum supplicem Vesirio tradunt, caussa vero cognita convicti delatores in custodiam coniiciuntur. Exquiritur eo super negotio *Muphti*, Pontificis maximi, sententia, qui eum in modum edixit: *qui contra Principem a Sultano constitutum seditiones movent, adversus ipsum Sultanum facere videri: eius criminis convictos morte mulctari opportere* (*). Ea ex sententia ad mortem ducuntur, multum execrantes *Brancovanum* auctorem tantae calamitatis tum suae, tum nacessariorum. Interim legati Principis, ne Barones in conspectu *Turcarum* tantam supplicii infamiam publice sub-

(*) Subscriptum sententiae ex more erat قاتل *mors*.

„Въ слѣдствіе сего два брата начальники се-„го затовора и словесно и письменно сознав-„шіи свое преступленіе, смертію казнены. „А другіе содержатся въ темницѣ для того, „дабы они взятую въ долгъ у нѣкоторыхъ „*Турковъ* не малую сумму денегъ уплатили „прежде, нежели примутъ достойное за от-„цеубивство наказаніе. Иные же отъ меня бѣ-„жали въ *Валахію*, а оттуда, не знаю по „чьему наущенію, отважились предстать „съ доносомъ къ Султану, уповая тѣмъ до-„вершить давно уже мнѣ и моей фамиліи у-„мышляемую погибель„. Визирь по прочтеніи *Кантемирова* письма, повелѣваетъ Янычарскому Агѣ *Далтабану Мустафѣ*, своему наперснику, доносителей Бояръ представить на судъ. *Далтабанъ* исполняя приказаніе, тотчасъ привелъ ихъ изъ подворья въ Диванъ. Тутъ подали они Визирю челобитную: но какъ по разсмотреніи дѣла оказались они въ преступленіи, то и отданы подъ стражу. Дѣло сіе рѣшено по учиненному отъ верховнаго надъ духовенствомъ *Муфтія* слѣдующему опредѣленію: *противящіеся поставленному отъ Султана Господарю противятся самому Султану: и для того изобличившіся въ такoвой винѣ смертію да умрутъ* (*). Во исполненіе сего приговора, веденные на смерть проклинаютъ *Бранкована*, яко виновника собственной ихъ самихъ и ихъ друзей погибели. Между тѣмъ Княжіе послы не допуская, дабы Бояря предъ глазами *Турковъ* понесли

 все-

(*) Обыкновенная таковыхъ приговоровъ подпись заключалась въ одномъ словѣ: *смерть*.

ſubirent, inutili exemplo, Veſirium adeunt, docent: *commodius fore, ſi rei ad Principem mitterentur, vt aliis etiam documento eſſent, nihil temere eſſe novandum.* Vix impetrato quod petebant, Barones in vinculis a cohorte lictorum in *Moldaviam* deducuntur. Inde confeſtim ad tribunal Principis: recitantur Veſirii mandata in conceſſu Senatus eam in ſententiam: *vt hi perduelles cum caeteris eiusdem factionis morte adficerentur, maieſtatis crimine convicti.* Procidunt in terram rei, culpam deprecantur, invidiam a ſe in auctores conſpirationis vertunt, *Myronem*, *Veiiſcam*, *Conſtantinum Brancovanum* Principem et *Conſtantinum Cantacuzenum* nominatim citantes. A tribunali in carcerem tracti, nullius rei niſi mortis certiſſima expectatione, donec Czauſii *Turcarum* dimiſſi fuerunt. Tum enim *Conſtantinus* Princeps, amotis qui impedire clementiam potuerant, reos vniverſos coram tribunali ſiſtit et graviſſima oratione, quam ſaepe quamque flagitioſe in ſe deliquerint, quanta ipſe patientia eorum inſidias pertulerit, quo denique in diſcrimine res fuerit verſata, exponit. Conclamant omnes: *mori oportere:*

rei

